This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HN 72Q4 -

Educ R
5740
8.5

Harvard College Library

FROM THE FUND

IN MEMORY OF

GEORGE SILSBEE HALE

AND

ELLEN SEVER HALE

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCOURS GÉNÉRAUX
DE L'UNIVERSITÉ.
ANNÉE 1841.

Digitized by Google

Le Recueil des Devoirs français, latins et grecs donnés au Concours général des colléges de Paris et de Versailles, est publié chaque année à la Librairie Delalain, dans les premiers mois de l'année scolaire suivante.

MM. les Chefs d'établissement et Professeurs sont priés de vouloir bien envoyer, chaque année, les copies de leurs élèves couronnés au Concours, s'ils désirent qu'elles soient insérées dans cette collection.

Les copies doivent être adressées, avant le premier novembre, à l'Éditeur des Concours Généraux de l'Université, rue des Mathurins-St.-Jacques, n° 5.

ON TROUVE A LA MÊME LIBRAIRIE :

CONCOURS GÉNÉRAUX DE L'UNIVERSITÉ. — Devoirs donnés aux élèves des Colléges de Paris et de Versailles, depuis la fondation de la Nouvelle Université, Années 1805 à 1826 compris : Versions latines; Thèmes latins; Narrations latines; Discours latins; Vers latins; Versions grecques; Discours français; Textes et Corrigés, par N. A. DUBOIS, professeur de l'Université; 4 vol. in-8°.

Concours de Rhétorique (années 1805—1826), Textes et Corrigés, par N. A. DUBOIS; 1 gros vol. in-8°.

Concours de Seconde (années 1805—1826), Textes et Corrigés : deuxième édition, revue par N. A. DUBOIS; 1 vol. in 8°.

Concours de Troisième (années 1805—1826), Textes et Corrigés : deuxième édition, revue par N. A. DUBOIS; 1 vol. in-8°.

Concours de Quatrième, Cinquième et Sixième (années 1805 — 1826), Textes et Corrigés, par N. A. DUBOIS; 1 vol. in-8°.

SUITE DES CONCOURS GÉNÉRAUX DE L'UNIVERSITÉ. — Devoirs donnés aux élèves des Colléges de Paris et de Versailles, Années 1827 à 1840 compris; Textes et Corrigés, suivis de Copies couronnées, par MM. N. A. DUBOIS et F. PRIEUR, professeurs de l'Université; 3 vol. in-8°.

Concours de Rhétorique, Seconde, Troisième, Quatrième, Cinquième, et Sixième (années 1827—1830), Textes et Corrigés, suivis de Copies d'Élèves, etc.; 1 fort vol. in-8°.

Concours de Rhétorique, Seconde, Troisième, Quatrième, Cinquième et Sixième (années 1831—1835), Textes et Corrigés, suivis de Copies d'Élèves, etc.; 1 fort vol. in-8°.

Concours de Rhétorique, Seconde, Troisième, Quatrième, Cinquième et Sixième (années 1836—1840), Textes et Corrigés, suivis de Copies d'Élèves, etc.; 1 fort vol. in-8°.

Le Concours de chaque année se vend séparément.

Digitized by Google

CONCOURS GÉNÉRAUX
DE L'UNIVERSITÉ.

DEVOIRS FRANÇAIS, LATINS ET GRECS
DONNÉS AUX ÉLÈVES DES COLLÉGES
DE PARIS ET DE VERSAILLES,

TEXTES SUIVIS DE COPIES D'ÉLÈVES COURONNÉS,

RECUEILLIS ET PUBLIÉS

PAR N. A. DUBOIS,

PROFESSEUR DE L'UNIVERSITÉ.

ANNÉE 1841.

PARIS.

IMPRIMERIE ET LIBRAIRIE CLASSIQUES

DE JULES DELALAIN ET Cie,

FILS ET SUCCESSEURS D'AUGUSTE DELALAIN,

RUE DES MATHURINS-SAINT-JACQUES, N° 5.

1841.

Digitized by Google

Educ R 5740.8.5

HARVARD COLLEGE
APR 13 1922
LIBRARY
Hale fund

Tout contrefacteur ou débitant de contrefaçons de cette Édition sera poursuivi conformément aux lois.

Tous les Exemplaires sont revêtus de notre griffe.

Digitized by Google

CONCOURS GÉNÉRAUX

DE L'UNIVERSITÉ.

ANNÉE 1841.

RHÉTORIQUE.

DISCOURS LATIN *.

Theocles Atheniensis, sæculo ante Christum natum octavo, quum Siciliam tunc temporis fere ignotam et inter fabulosas orbis plagas ob Ulysseos errores habitam, ventis actus appulisset, locique commoda miratus, civibus suis, ad quos redierat, auctor frustra fuisset coloniæ illuc publice deducendæ, multos sibi homines, quos ipse privatus secum colonos abduceret, adscivit, et in Euboïcam Chalcidensium urbem, quæ maxime omnium incœpto faverat, convocavit. Inducetur is socios, jamjam profecturos, alloquens.

Non deerunt argumenta, quibus impellat turbam inopem, novarum rerum cupidam, et, ut fuit illo potissimum tempore græca gens, ad insuetas terra marique vias, quæstus causa, tentandas promptissimam, audax ipse, fidens fatis, nec promissis parcens. Nempe dicenti locus erit vivide demonstrandi quæ tunc fuerint Græciæ civitates, crescente civium numero oneratæ, et in quibus, post exactos reges, pauci domina-

* Premier prix. Nouveaux. Moncourt (Edme), né, le 29 octobre 1822, à Sens (Yonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Vétérans. Hemardinquer (Mathias), né, le 5 février 1822, à Nancy (Meurthe), Élève du Collége royal de Charlemagne.—Deuxième prix. Nouveaux. Lhopital (Georges), né, le 22 juillet 1825, à Évreux (Eure), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

rentur divites potentesque ; dum cæteris, propter egestatem et fœneratorum sævitiam, nihil reliqui fieret, nisi ut servirent aut exsularent.

Exsulandum profecto dicet Theocles eorum more, qui quondam, a Doriensibus oppressi, in oras Asiæ migraverunt, ibique plurimas urbes condiderunt nunc florentissimas. Novas et ipsi, quas liberi felicesque incolant, quærant regiones, non jam Orientem occupatum petituri, sed intactum Occidentem.

En vocat tellus, non sine numine deorum græco homini reperta, frugum ferax, navigiis commerciisque opportuna, quam non immani gigantum cyclopumque turba tumultuantem et asperam, ut vates Homerici canere solent, sed imbelli a gente vix defensam facile subigent ; ubi, quæcumque domi desunt, inveniant, alteramque sibi, cum maxima pristinæ patriæ utilitate ac gloria, patriam condant.

RHÉTORIQUE.

DISCOURS FRANÇAIS *.

En 1378, une ligue, composée du roi de Hongrie, des Génois, du seigneur de Padoue et du patriarche d'Aquilée, s'était formée contre Venise. La défaite navale des Vénitiens à Pola (mai 1379) réduisit la république à l'extrémité. La flotte génoise s'empara de Chiozza et pénétra dans les lagunes. La consternation était grande à Venise. Cette ville n'avait

* Premier prix. Nouveaux. Rouget (Charles-Marie), né, le 19 août 1824, à Gisors (Eure), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Vétérans. Fourchy (Émile), né, le 30 mars 1823, à Paris, Élève du Collége Rollin. — Deuxième prix. Nouveaux. Brochard (Eugène-Vincent), né, le 6 avril 1823, à Nantes (Loire-Inférieure), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

plus ni flotte, ni armée pour se défendre, ni vivres pour nourrir le peuple, qui demandait la paix à grands cris. A ce moment, le sénat s'assembla, et quelques sénateurs proposèrent de quitter Venise et de transporter le gouvernement dans l'île de Candie.

Le doge Contarini s'oppose à cette résolution dans le discours suivant :

Il avoue les périls de la république : ils sont grands ; mais il ne les voit pas au-dessus du courage de ses concitoyens. Que propose-t-on ? de transporter à Candie le siége du gouvernement. On a refusé autrefois de le transporter à Constantinople, quand le doge Dandolo s'en empara avec les croisés (1204). Alors c'auraient été des vainqueurs choisissant leur conquête pour patrie ; aujourd'hui, ce seraient des fugitifs et des vaincus chassés d'une terre qu'ils n'ont pas pu défendre. C'est à Venise que sont tous leurs souvenirs et toutes leurs traditions nationales : c'est là qu'il faut vivre et mourir. Où trouver une ville plus sûre ? L'île de Candie ne vaut pas les lagunes de Venise, qui seules aujourd'hui défendent encore les Vénitiens contre leurs ennemis. S'ils sont poursuivis jusqu'à Candie, iront-ils chercher encore ailleurs une patrie nouvelle ? Peuvent-ils fuir, quand même ils le voudraient ? L'ennemi les entoure de toutes parts. Comment transporteront-ils tout ce peuple éploré et affamé ? L'abandonneront-ils ? alors c'est une désertion qu'on propose. Quant à lui, qui a vécu jusqu'à soixante-et-dix-neuf ans dans sa patrie, il est décidé à mourir avec elle et pour elle.

Digitized by Google

RHÉTORIQUE.

VERS LATINS *.

Viator ad insulam.

Salve, luctuosa vallis, ubi, defunctorum a vulgo semotus, æterna quiete jacebat vir metuendus orbi. Formidabilis insula, quam feriunt procellæ, et quam sulfureus gurges evomuit undique saxis asperam, te decebat esse tanto bellatori sepulchrum! Illum et te vitales in oras propulit ignea vis naturæ, ac sicut in immenso dominaris oceano, ita memoria viri infinito dominabitur in ævo. Magnificum illud ac ferale sidus, emenso cursu, in undas flammis exstinctis decubuit. Illius vero vestigium usque superstes erit. Ut primo Sanctæ Helenæ albescunt cacumina, viator ab Indicis et Sericis fluctibus redux, madidis in hanc obstupet oculis. Nunquam hæc insula, quæ Napoleoni sepultura fuit, patietur oblivia, et si quando sub undas assiduo morsu littora rodentes deciderit, stellæ imminentes locum in mari vacuum e cœlo signabunt. Vale, luctuosa vallis, jam nunc tanto viduata funere.

* Premier prix. Vétérans. Lavollée (Charles-Hubert), né, le 11 octobre 1823, à Paris, Élève du Collége royal de Saint-Louis. — Premier prix. Nouveaux. Grenier (Pierre-Antoine), né, le 29 juin 1823, à Brioude (Haute-Loire), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Nouveaux. Launay-Leprovost (Auguste-Pierre-Marie), né, le 25 janvier 1823, à Saint-Brieuc (Côtes-du-Nord), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

RHETORIQUE.

VERSION LATINE *.

Quid petis amplius quam ut beatus sis? Quid autem beatius eo qui fruitur inconcussa et incommutabili et excellentissima veritate? Solemus audire voces clamantium se beatos si jaceant in rosis, vel unguentis odoratissimis diffluant. Quid fragrantius, quid jucundius inspiratione veritatis? Multi beatam vitam in cantu vocum, et nervorum et tibiarum sibi constituunt, et, quum ea desunt, se miseros judicant; quum autem adsunt, efferuntur lætitia : et nos, quum mentibus nostris sine ullo strepitu, ut ita dicam, canorum et facundum quoddam silentium veritatis illabitur, aliam beatam vitam quærimus, et tam certa et præsente non fruimur? Luce auri et argenti, luce gemmarum, splendore etiam lucis quæ ad hos oculos pertinet, sive in ignibus terrenis, sive in stellis, vel luna, vel sole, delectati homines, quum ab ista lætitia nullis molestiis, nulla indigentia revocantur; beatos sese existimant, et propter hæc semper vivere velint : et nos in luce veritatis beatam vitam collocare metuimus? In veritate tamen cognoscitur ac tenetur summum bonum; eaque veritas sapientia est. Ostendit enim omnia bona quæ vera sunt, quæ sibi pro suo captu intelligentes homines, vel singula, vel plura eligunt, quibus fruantur Sed quemadmodum illi qui in luce solis eligunt quod libenter aspiciant, et eo aspectu lætantur, in quibus si qui forte fuerint vegetioribus et fortissimis oculis præditi, nil libentius quam ipsum solem intuerentur, qui etiam cætera, quibus infirmiores oculi delectantur, illustrat; sic fortis acies mentis et vegeta, quum multa

* Premier prix. Nouveaux. Blain des Cormiers (Jean-Baptiste-Henri), né, le 17 avril, 1824, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Nouveaux. Lanzi (Joseph-Antoine), né, le 10 mars 1823, à Ajaccio (Corse), Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

vera et incommutabilia certa ratione conspexerit, dirigit se in ipsam veritatem, qua cuncta monstrantur, eique inhærens, tanquam obliviscitur cætera, et in illa simul omnibus fruitur.

SAINT-AUGUSTIN, *de libero arbitrio*.

RHÉTORIQUE.

VERSION GRECQUE *.

Τοὺς μύθους ἀπεδέξαντο οὐχ οἱ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ πόλεις πολὺ πρότερον καὶ οἱ νομοθέται, τοῦ χρησίμου χάριν, βλέψαντες εἰς τὸ φυσικὸν πάθος τοῦ λογικοῦ ζώου· φιλειδήμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος· προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον· ἐντεῦθεν οὖν ἄρχεται τὰ παίδια ἀκροᾶσθαι καὶ κοινωνεῖν λόγων ἐπὶ πλεῖον. Αἴτιον δ', ὅτι καινολογία τις ἐστὶν ὁ μῦθος, οὐ τὰ καθεστηκότα φράζων, ἀλλ' ἕτερα παρὰ ταῦτα· ἡδὺ δὲ τὸ καινὸν, καὶ ὃ μὴ πρότερον ἔγνω τις· τοῦτο δ' αὐτό ἐστι καὶ τὸ ποιοῦν φιλειδήμονα. Ὅταν δὲ προσῇ καὶ τὸ θαυμαστὸν, καὶ τὸ τερατῶδες, ἐπιτείνει τὴν ἡδονὴν, ἥπερ ἐστὶ τοῦ μανθάνειν φίλτρον. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἀνάγκη τοιούτοις δελέασι χρῆσθαι· προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας, ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων μάθησιν ἄγειν, ἤδη τῆς διανοίας ἐῤῥωμένης καὶ μηκέτι δεομένης κολάκων. Καὶ ἰδιώτης δὲ πᾶς καὶ ἀπαίδευτος τρόπον τινὰ παῖς ἐστι, φιλομυθεῖ τε ὡσαύτως· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πεπαιδευμένος μετρίως· οὐδὲ γὰρ οὗτος ἰσχύει τῷ λογισμῷ· πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐκ παιδὸς ἔθος. Οὐδέγε ὄχλον τε γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ προσκαλέσασθαι πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν, ἀλλὰ δεῖ, νὴ Δία, καὶ δεισιδαιμονίας· τοῦτο δ' οὐκ ἄνευ μυθοποιΐας καὶ

* PREMIER PRIX. NOUVEAUX. Duchesne (Julien-Louis-Augustin), né, le 28 août 1823, à Nancy (Meurthe), Élève du Collége royal de Henri IV. — DEUXIÈME PRIX. NOUVEAUX. Brochard (Eugène-Vincent), né, le 6 avril 1823, à Nantes (Loire-Inférieure), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

τερατείας. Τοιαύτης δὲ τῆς μυθοποιΐας οὔσης καὶ καταστρεφούσης εἰς τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν τοῦ βίου σχῆμα, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν παιδικὴν ἀγωγὴν ἐφύλαξαν μεχρὶ τῶν τελείων ἡλικιῶν, καὶ διὰ ποιητικῆς ἱκανῶς σωφρονίζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν ὑπέλαβον. Χρόνοις δ' ὕστερον ἡ τῆς ἱστορίας γραφὴ καὶ ἡ νῦν φιλοσοφία παρελήλυθεν εἰς μέσον. Αὕτη μὲν οὖν πρὸς ὀλίγους, ἡ δὲ ποιητικὴ δημωφελεστέρα καὶ θέατρα πληροῦν δυναμένη· ἡ δὲ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὑπερβαλλόντως. Καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ, μυθογράφοι.

STRABO, lib. I.

TRADUCTION LATINE.

Non poetæ solum fabulas sibi delegerunt, sed multo ante civitates ac legumlatores id fecere, utilitatis causa nimirum, et ad naturalem respicientes animalis ratione præditi affectionem. Cupidus enim cognitionis est homo, ad quam rem fabularum studium aditum ei parat : hinc namque incipiunt pueri audire, et magis magisque sermonibus auscultantis vacare. Causa est, quod fabula novarum quædam rerum narratio est, non ea quæ sunt, sed alia quædam ab his diversa recensens : jucundum autem est quod novum et adhuc ignotum narratur, atque hoc ipsum est quod cognitionis studiosos efficit. Quod si admirabilia et portentosa fabulis admisceantur, augetur voluptas, quæ quidem, medicamenti instar, discendi amorem ingenerat. Ab initio itaque necesse est hoc modo pueros inescari : progressu ætatis ad ipsarum rerum cognitionem sunt adducendi, confirmata jam intelligentia, neque opus habente adulatoribus. Quin etiam quicumque litterarum sunt et disciplinæ rudes, pueri sunt quodam modo itidemque fabulas amant; quod ipsum eruditi etiam faciunt mediocriter : nam neque ratio eorum iis reluctari valet, atque consuetudo a primis annis parta allicit. Fieri autem non potest ut mulierum ac promiscuæ turbæ multitudo philosophica oratione excitetur ducaturque ad religionem, pietatem, ac fidem : sed superstitione præterea ad hoc opus est, quæ incuti sine fabularum portentis nequit. Proinde fabularum fictio quum talis res sit, ac in societatem, vitæque formam civilem, desinat, veteres institutionem puerilem usque ad perfectam ætatem produxerunt, poeticam formandis ad modestiam omnis ætatis moribus sufficere existimantes. Posteriori-

Digitized by Google

bus demum temporibus, historiæ scriptio, et qua hodie utimur philosophia, in medium prodierunt. Verum hæc ipsa ad paucos pertinet : poetica in publicum utilior est, quæ etiam theatra implere valet; maxime omnium Homerica poesis. Et quidem primi etiam historici ac naturæ rerum descriptores, fabulas scripserunt.

SECONDE.

THÈME LATIN *.

Ouvrez les yeux, ô mortels! contemplez le ciel, la terre et la sage économie de cet univers. Est-il rien de mieux entendu que cet édifice? est-il rien de mieux pourvu que cette famille? est-il rien de mieux gouverné que cet empire? La puissance suprême, qui a construit le monde et qui n'y a rien fait qui ne soit très-bon, a fait néanmoins des créatures meilleures les unes que les autres. Elle a fait les corps célestes qui sont immortels; elle a fait les terrestres qui sont périssables; elle a fait des animaux admirables par leur grandeur; elle a fait les insectes qui semblent méprisables par leur petitesse; elle a fait ces grands arbres des forêts qui subsistent des siècles entiers; elle a fait les fleurs des champs qui se passent du matin au soir. Il y a de l'inégalité dans ses créatures, parce que cette même bonté, qui a donné l'être aux plus nobles, ne l'a pas voulu envier aux moindres. Mais, depuis les plus grands jusqu'aux plus petits, sa providence se répand partout. Vous, hommes, que Dieu a faits à son image, qu'il a éclairés de sa connaissance, qu'il a appelés à son royaume, pouvez-vous croire qu'il vous oublie, et que vous soyez les seules de ses créatures sur lesquelles les yeux toujours vigilants de sa providence pater-

* Premier prix. Darblay (Paul), né, le 12 avril 1825, à Étampes (Seine-et-Oise), Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. De Beurnonville (Étienne-Edmond), né, le 11 janvier 1825, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

nelle ne soient pas ouverts? que s'il vous paraît quelque désordre, s'il vous semble que la récompense coure trop lentement à la vertu, et que la peine ne poursuive pas d'assez près le vice, songez à l'éternité de ce premier Être; ses desseins, formés et conçus dans le sein immense de cette immuable éternité, ne dépendent ni des années ni des siècles, qu'il voit passer devant lui comme des moments; et il faut la durée entière du monde pour développer tout à fait les ordres d'une sagesse si profonde.

BOSSUET, *Sermon sur la Providence.*

SECONDE.

VERSION LATINE *.

Unus e Cæsarianis, idemque Ciceroni amicus, eum epistola missa, ne Cæsari obluctetur, rogat.

Per fortunas tuas, Cicero, per liberos oro, obsecro, ne quid gravius de salute et incolumitate tua consulas. Nam deos hominesque, amicitiamque nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temere monuisse, sed, postquam Cæsarem convenerim, sententiamque ejus, qualis futura esset, parta victoria, cognoverim, te certiorem fecisse. Si existimas eamdem rationem fore Cæsaris in dimittendis adversariis, et conditionibus ferendis, erras. Nihil nisi atrox et sævum cogitat, atque etiam loquitur. Quare si tibi tu, si filius amicus, si domus, si spes tuæ reliquæ tibi caræ sunt, si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus valet, quorum fortunam non debes velle conturbare, eam sequere causam, in cujus victoria salus nostra est, ne aut odisse,

* PREMIER PRIX. Guigniaut (Joseph-Daniel), né, le 10 septembre 1824, à Paray-le-Monial (Saône-et-Loire), Élève du Collége royal de Saint-Louis. — DEUXIÈME PRIX. Maurin (Gabriel), né, le 14 février 1824, à Morestel (Isère), Élève du Collége royal de Versailles.

Digitized by Google

aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita : quod offensæ fuerit, in ista cunctatione, te subiisse : nunc te contra victorem facere, quem dubiis rebus lædere noluisti, et ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summæ stultitiæ est. Vide ne, dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter, quid optimum sit, eligas. Quod si totum tibi persuadere non possum, saltem, dum quid de Hispaniis agamus scitur, exspecta; quas tibi nuntio adventu Cæsaris fore nostras. Etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te tuosque omnes funditus evertas; ne te sciens prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. Quod si te aut voces optimatum commovent, aut nonnullorum hominum insolentiam et jactationem ferre non potes, eligas censeo aliquod oppidum vacuum a bello, dum hæc decernuntur, quæ jam erunt confecta. Id si feceris, et ego te sapienter fecisse judicabo, et Cæsarem non offendes.

LETTRE DE CÆLIUS A CICÉRON.

SECONDE.

VERS LATINS *.

« Siste fugam, o vipera, variis interlita maculis : siste fugam « paulisper, ut mea soror a te sumat depictæ specimen zonæ, « quam molliter ipsa neat, et ego sponsæ meæ placituro « munere donem. Sic sibi cæteras omnes viperas forma et « nitore semper vincere contingat ! »

Hæc, inter aviæ deserta silvæ loca, ferus juvenis incondita loquela canebat; nec barbarus ille, seminudo corpore,

* PREMIER PRIX. Dareste (Rodolphe), né, le 26 décembre 1824, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — DEUXIÈME PRIX. Helleu (Félix-Jules-Auguste, né, le 28 septembre 1824, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

et hirsuto vultu, noverat se poetam esse, et poetica loqui. Adeo quædam rebus ipsis subest gratia, et sua venit pectori facundia ! Mens humana scilicet est aliqua propriis instructa chordis cithara, quæ, si modo veris ac nativis affectibus impellitur, mirabiles sponte sua efficit sonos.

SECONDE.

VERSION GRECQUE *.

Ἔστιν ὁ Ξενοφῶν ἀφελὴς μὲν ὡς ὅτι μάλιστα, καὶ τούτῳ πλεονάζων τῷ εἴδει παρὰ τὰ ἄλλα εἴδη πάντα τοῦ πανηγυρικοῦ· ταῖς μὲν ἀπὸ τῆς ἀφελείας αὐτῆς ἡδοναῖς πολλαῖς χρώμενος, γλυκύτησι δὲ ταῖς ἀπὸ τούτων, οἷον ταῖς ἀπὸ τῶν μύθων καὶ τῶν τοιούτων μανώτερον. Ἐπεὶ καὶ ὅτε περὶ τῶν κυνῶν διέξεισιν ἡδονὰς ποιῶν, κατὰ τὴν τῆς ἀφελείας αὐτῆς ἐπίτασιν τοῦτο ποιεῖ, καὶ οὐ κατ' ἄλλο τι τῶν φύσει γλυκύτητος ἰδίων. Τὸ μέντοι περὶ τὸν Ἀβραδάτην καὶ τὴν Πάνθειαν πᾶν ἦθός τε καὶ πάθος πολλὰς ἔχει τὰς ἡδονάς, μυθικῶς πλασθέν· καὶ τὰ περὶ τὸν Τιγράνην δὲ ὡσαύτως καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν Ἀρμενίαν. Ἔφαμεν δὲ ὅτι μανῶς μὲν χρῆται ταῖς τοιαύταις γλυκύτησι· χρῆται μέντοι καὶ ταύταις. Μεγέθους δὲ κατὰ μὲν ἔννοιαν ἅπτεται πολλαχοῦ· καθαιρεῖ δὲ καὶ τοῦτο, καὶ βιάζεται πρὸς τὸ ἀφελὲς ταῖς μεθόδοις καὶ τῇ λέξει καὶ τοῖς περὶ τὴν λέξιν ἅπασι. Καθαρὸς δὲ καὶ εὐκρινὴς, εἴπερ τις ἕτερος, ὁ Ξενοφῶν, δριμύτησί τε καὶ ὀξύτησι χαίρων· ἐπιμελείᾳ δὲ, ὡς ἐν ἀφελείᾳ τε καὶ ἁπλάστῳ λόγῳ, χρῆται πολλῇ. Τῆς δὲ παρὰ τῷ Πλάτωνι ἀφελείας πολλῷ ἡ παρὰ τούτῳ ἀφελεστέρα ἐστὶ, κατ' αὐτὰς τὰς ὑποθέσεις τῶν πραγμάτων τοιαύτη γενομένη, οὐ μόνον κατὰ τὴν λέξιν

* Premier prix. Leviez (Louis-Remi-Ernest), né, le 23 décembre 1824, à Chartres (Eure-et-Loir), Élève du Collége royal de Saint-Louis. — Deuxième prix. Jourdan (Pierre-Philippe-Victor), né, le 17 mars 1824, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

καὶ τὰ ἑπόμενα τῇ λέξει. Συμπόσια γ' οὖν ἀμφοτέροις ἐστὶ γεγραμμένα, ἀλλ' ὁ μὲν καὶ ὀρχηστρίδων ἐφόδους καὶ ὀρχημάτων εἴδη τινὰ καὶ πολλὰ τοιαῦτα λέγειν μεθ' ἡδονῆς οὐ παραιτεῖται· ὁ δὲ ταῦτα, ὡς αὐτός φησιν, ἀφεὶς ταῖς γυναιξὶν, ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἄγει τὴν ἀφέλειαν τῶν πραγμάτων. Τοιοῦτος δὲ ὁ Ξενοφῶν κἀν τοῖς ἱστορικοῖς, οἷος κἀν τοῖς ἄλλοις· οἷον, « ὅτι χιλὸν ἐστέψαντο, » ὅταν λέγῃ, καὶ « ὅτι τοῖς παισὶν ὡς ἐνεοῖς διελέγοντο, » καὶ « ὅτι πίνειν ἀπὸ τοῦ κρατῆρος ἐπικύψαντας ἔδει καθάπερ βοῦν. » Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα καθ' ὑπερβάλλουσαν ἀφέλειαν ἔχει τὴν ἡδονὴν, ἣπερ οὐχ ὁμοίως ὁ Πλάτων χρῆται. Κἀν ταῖς μιμήσεσι δὲ τῶν προσώπων μᾶλλον εὐδοκιμεῖ, ὅτε ἀφελῆ καὶ ὡς ὄντως ἄπλαστα καὶ ἁπλᾶ καὶ ἡδέα ἤθη ψυχῶν μιμοῖτο, ὥςπερ καὶ τὸ τοῦ Κύρου παιδὸς ἔτι ὄντος, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

HERMOGENES, *de forma dictionis Xenophontis.*

TRADUCTION LATINE.

Xenophon scriptor simplex est imprimis, et ea dicendi forma præ cæteris formis omnibus, quæ sunt laudationum, abundat : ac vario genere suavitatis, a simplicitate proficiscentis, utitur; ita tamen, ut manantes hinc delectationes, veluti quæ sumuntur a fabulis, et aliis ejusmodi, rarius adhibeat. Nam et ubi de canibus pleraque cum lectoris voluptate commemorat, id ipsum per intensionem simplicitatis facit; non alia quadam illorum ratione, quæ naturaliter ad suavitatem pertinent. Tota quidem descriptio morum et affectuum Abradatis ac Pantheæ, fabulose conficta, delectationes multas habet; nec minus et illa, quæ de Tigrane, deque conjuge ipsius Armenia narrantur. Diximus autem, rarius eum uti hoc genere suavitatis; et utitur tamen. Amplitudinis vero formam sententiis frequenter attingit, ita tamen, ut hanc etiam extenuet, ac vi quadam revocet ad simplicitatem per ipsas tractandi rationes, verborumque delectum, ac per alia, quæcumque proprie ad verba pertinent. Purus autem est ac dilucidus Xenophon, si quisquam alius; et acrimonia pariter, acumineque gaudet : accurationem in dicendo, ut in oratione simplici et fictionis experte, multam adhibet. Eam vero simplicitatem, qua Plato usus est, longe Xenophontis simplicitas superat; quum quidem hæc talis sit ipsis rerum argumentis, non verbis duntaxat, et iis quæ

Digitized by Google

verba comitantur. Scripta sunt ab utroque convivia : sed hic et saltatricum introductionem, et quasdam saltationum species, cum aliis talibus, litteris prodere quadam cum voluptate non veretur : quum Plato, sicut ipsemet ait, mulieribus hæc relinquens, simplicitatem rerum ad graviorem quamdam speciem traducat. Xenophon autem in historicis quoque talis est, qualis et in aliis libris : veluti quum dicit, « milites gramineis coronis usos : » item, « quod cum pueris, tanquam surdis ac mutis, locuti sint : » et « quod cratere bibendum eis erat capite demisso, bovis instar. » Nam hæc, et his similia, quadam eximia simplicitate delectant; cujus usus apud Platonem non itidem reperitur. Etiam in personarum imitationibus magis excellit Xenophon, quum simplices, ac reapse fictionis expertes, et teneros, et jucundos, animorum mores imitando exprimit, ut indolem Cyri adhuc pueri, et quæcumque sunt hujus generis.

SECONDE.

THÈME GREC *.

Que désirait ce grand conquérant qui renversa le trône le plus auguste de l'Asie et du monde, sinon de faire parler de lui, c'est-à-dire d'avoir une grande gloire parmi les hommes? Que de peine, disait-il, il faut se donner pour faire parler les Athéniens! Lui-même il reconnaissait la vanité de la gloire, qu'il recherchait avec tant d'ardeur; mais il y était entraîné par une espèce de manie, dont il n'était pas le maître. Et que fait Dieu pour le punir, sinon de le livrer à l'illusion de son cœur, et de lui donner cette gloire dont la soif le tourmentait? Ce ne sont pas seulement les Athéniens qui parlent de lui : tout le monde est entré dans sa passion; et l'univers étonné lui a donné plus de gloire qu'il n'en avait osé espérer. Son nom est grand en Orient comme en Occi-

* Premier prix. Dareste (Rodolphe), né, le 26 décembre 1824, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Focillon (Adolphe-Jean), né, le 11 octobre 1823, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

dent, et les Barbares l'ont admiré comme les Grecs. Loin de refuser la gloire à son ambition, Dieu l'en a comblé, Dieu l'en a enivré ; et il en a bu plus que sa tête n'était capable d'en porter.

TROISIÈME.

THÈME LATIN *.

Quintilien vante ce qu'il appelle l'immortelle rapidité de Salluste. Cet éloge, dans sa bouche, s'appliquait à tous les ouvrages de l'historien romain ; mais l'expression ne paraît pas moins juste aujourd'hui qu'il ne nous reste que deux des grands récits de Salluste. Dans l'un et l'autre, en effet, on admire la brièveté jointe à la force, et cette vivacité de génie qui entraîne le lecteur, et fait incessamment passer sous ses yeux les événements et les hommes, en les marquant d'une ineffaçable empreinte. L'Italie corrompue et l'Afrique barbare, le criminel Catilina et l'ambitieux César, l'inculte et puissant Marius, le fier et astucieux Sylla, le vertueux Métellus, le faible Adherbal, le perfide et féroce Jugurtha ; quelques paroles suffisent pour peindre et faire agir ces hommes si divers, qui se croisent et se heurtent. Rome enfin, son sénat, son forum, les vices de ses grands, l'anarchie de son peuple, tout cela est mis à nu, dans un petit nombre de pages. Les deux récits de Salluste s'éclairent mutuellement. Cette Rome vénale, que Jugurtha avait essayé d'acheter, Catilina pouvait espérer de la soumettre ; et l'un ou l'autre dessein aurait réussi, sans quelques grands hommes de bien, qui restaient encore à la société romaine.

* Premier prix. Sanejouand (Alexandre-François), né, le 21 février, 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Baillet (Jean-François-Gustave-Étienne), né, le 10 juin 1825, à Morlaix (Finistère), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

TROISIÈME.

VERSION LATINE *.

Si quis percunctetur utrum de agris an de urbibus utilior militiæ tiro sit, nunquam credo potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem, quæ sub dio et in labore nutritur, solis patiens, umbræ negligens, balneorum nescia, deliciarum ignara, simplicis animi, parvo contenta, duratis ad omnem laborum tolerantiam membris; cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre, consuetudo de rure est. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma compelli : nec inficiandum est, post Urbem conditam, Romanos ex civitate profectos semper ad bellum : sed tunc nullis deliciis frangebantur. Sudorem, cursu et campestri exercitio collectum, nando juventus abluebat in Tiberi. Idem bellator, idem agricola, genera tantum mutabat armorum; quod usque adeo verum est, ut aranti Quintio Cincinnato dictaturam constet oblatam. Ex agris ergo supplendum robur præcipue videtur exercitus. Tirones ad omne genus exerceantur armorum oportet, ut sine trepidatione in acie faciant quod ludentes in campis semper fecere. Silvam cædere, portare onera, transilire fossas, natare in mari sive fluminibus, gradu pleno ambulare vel currere, etiam armatos cum sarcinis suis frequentissime convenit, ut quotidiani laboris usus in pace, non difficilis videatur in bello. Sive igitur legio, sive auxilia fuerint, exerceantur assidue. Nam, quemadmodum bene exercitatus miles prœlium cupit, ita formidat indoctus. Postremo sciendum est in pugna usum amplius prodesse quam vires : nam, si doctrina cesset armorum, nihil paganus distat

* Premier prix. Berlié (Alphonse-Jean-Alfred), né, le 22 novembre 1825, à Paris, Élève du Collége royal de Saint-Louis. — Deuxième prix. Carez (Jean-Baptiste-Alfred), né, le 12 novembre 1824, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

a milite. Athleta, venator, auriga, propter exiguam mercedem, vel certe plebis favorem, quotidiana meditatione artes suas aut servare aut augere consuescunt. Militem (cujus est manibus servanda respublica) studiosius oportet scientiam dimicandi usumque rei bellicæ, jugibus exercitiis custodire.

FL. VEGET., *de Re militari*, lib. I et II.

TROISIÈME.

VERS LATINS *.

O lux candida vitæ, alma poesis, nostras ter vocata preces audi, nostrisque incœptis fave! Carmen amat mens juvenilis; carmine gaudet purum et insons pectus, voxque rudis aptos in numeros se solvit. Artes ingenuas inter, non alia magis acuit ingenium quam poetica conari verba, et nobiles sensus versibus efferre. Hinc aures assuescunt dulces seligere sonos; hinc assuescit lingua gratum modulari melos; hinc puero jam venit scribendi cura; hinc tener animus dulcem concipit æstum : dumque magnorum carmina poetarum memoria recolit, et ipse voces canoras aliquando felici junctura nectit, futuræ præludia famæ, doctoque lusu laborat.

TROISIÈME.

VERSION GRECQUE **.

Τῆς γεωγραφίας τὸ πλέον ἐστὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς. Χώρα γὰρ τῶν πράξεών ἐστι γῆ καὶ θάλαττα, ἣν οἰκοῦμεν· τῶν

* PREMIER PRIX. Cahen (Isidore), né, le 18 septembre 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne. — DEUXIÈME PRIX. Pochet (Henri), né, le 7 juin 1825, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV.

** PREMIER PRIX. Legros-Saint-Ange (Louis-Henri), né, le 28 septembre 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — DEUXIÈME PRIX. Piquard (Eugène-Hippolyte), né, le 1er juin 1825, à Belfort (Haut-Rhin), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

μὲν μικρῶν, μικρά· τῶν δὲ μεγάλων, μεγάλη· μεγίστη δ' ἡ σύμπασα, ἥνπερ ἰδίως καλοῦμεν Οἰκουμένην· ὥστε τῶν μεγίστων πράξεων αὕτη ἂν εἴη χώρα. Μέγισται δ' αἱ τῶν στρατηλατῶν, ὅσοι δύνανται γῆς καὶ θαλάττης ἄρχειν, ἔθνη καὶ πόλεις συναγαγόντες εἰς μίαν ἐξουσίαν καὶ διοίκησιν πολιτικήν. Δῆλον οὖν ὅτι ἡ γεωγραφικὴ πᾶσα ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνάγεται τὰς ἡγεμονικὰς, διατιθεῖσα ἠπείρους καὶ πελάγη, τὰ μὲν ἐντὸς, τὰ δὲ ἐκτὸς συμπάσης τῆς οἰκουμένης. Πρὸς τούτους δὲ ἡ διάθεσις, οἷς διαφέρει ταῦτα ἔχειν οὕτως ἢ ἑτέρως, καὶ γνώριμα εἶναι ἢ μὴ γνώριμα. Βέλτιον γὰρ ἂν διαχειρίζοιεν ἕκαστα, εἰδότες τὴν χώραν ὁπόση τις, καὶ πῶς κειμένη τυγχάνει, καὶ τίνας διαφορὰς ἔχουσα, τάς τ' ἐν τῷ περιέχοντι, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ. Ἄλλων δὲ κατ' ἄλλα μέρη δυναστευόντων, καὶ ἀπ' ἄλλης ἑστίας καὶ ἀρχῆς τὰς πράξεις προχειριζομένων, καὶ ἐπεκτεινόντων τὸ τῆς ἡγεμονίας μέγεθος, οὐκ ἐπίσης δυνατὸν, οὔτ' ἐκείνοις ἅπαντα γνωρίζειν οὔτε τοῖς γεωγραφοῦσιν· ἀλλὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον πολὺ ἐν ἀμφοτέροις καθορᾶται τούτοις. Μόλις γὰρ ἂν τὸ ἐπίσης πάντ' εἶναι φανερὰ συμβαίη, τῆς συμπάσης οἰκουμένης ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ πολιτείαν ὑπηγμένης. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως· ἀλλὰ τὰ ἐγγυτέρω μᾶλλον ἂν γνωρίζοιτο. Καὶ προσήκει ταῦτα διὰ πλειόνων ἐμφανίζειν, ἵν' εἴη γνώριμα· ταῦτα γὰρ καὶ τῆς χρείας ἐγγυτέρω ἐστίν. Ὥστ' οὐκ ἂν εἴη θαυμαστὸν, οὐδ' εἰ ἄλλος μὲν Ἰνδοῖς προσήκοι γεωγράφος, ἄλλος δὲ Αἰθίοψιν, ἄλλος δὲ Ἕλλησι, καὶ Ῥωμαίοις. Τί γὰρ ἂν προσήκοι τῷ παρ' Ἰνδοῖς γεωγράφῳ, καὶ τὰ κατὰ Βοιωτοὺς οὕτω φράζειν, ὡς Ὅμηρος·

Οἵθ' Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,
Σχοινόν τε, Σκῶλόν τε·

ἡμῖν δὲ προσήκει· τὰ δὲ παρ' Ἰνδοῖς οὕτω καὶ τὰ καθ' ἕκαστα οὐκέτι· οὐδὲ γὰρ ἡ χρεία ἐπάγεται· μέτρον δὲ αὕτη μάλιστα τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας.

STRABO, lib. I, cap. I.

Digitized by Google

TRADUCTION LATINE.

Geographiæ maxima pars ad civiles pertinet usus. Quippe locus actionum est terra ac mare quæ incolimus, parvarum parvus, magnarum magnus : maximus autem universus habitatæ terræ ambitus, ac proinde locus maximarum actionum. Imperatorum porro maximi sunt, qui possunt terra marique imperare, gentibus ac urbibus unam sub potestatem administrationemque civilem redactis. Unde liquet, geographicam omnem ad principum actiones adhiberi, quum ea distinguat continentes ac maria, sive mediterranea, sive orbem terrarum foris ambientia, tum eorum explicet discrimina, quum alia aliis secus sint affecta, quædam nota, quædam ignota. Singula enim rectius administraverit cui loci quantitas situsque nota, et quid cum iis quibus ambitur, tum quæ in seipso continet, ab aliis discrepet. Jam quum alii alibi obtineant dominationem, diversisque e patriis atque imperiis res gerere aggressi, fines suæ ditionis proferant, fieri non potest ut omnium vel ab ipsis, vel a geographis notitiæ pari modo exponantur, verum apud utrosque crebro alia aliis magis minusve visuntur descripta. Vix enim omnia æqualiter nota esse possent, universo terrarum orbe unum sub imperium et gubernationem redacto, ac ne vix quidem : sed propinquiora semper essent notiora. Et quidem hæc ut sint nota, pluribus declaranda sunt, quum etiam usui sint propinquiora. Quare mirum non est, si alius certæ regionis descriptor Indis conveniat, alius Æthiopibus, alius Græcis aut Romanis. Quid enim attineat, geographum apud Indos qui sit, etiam Bœotiam ita describere, ut fecit Homerus :

> Quique colunt Hyriam, saxosumque Aulidis agrum,
> Schœnumque, et Scolum :

nobis vero convenit hoc : non item quæ apud Indos sunt, neque alia etiam quæ singulorum sunt locorum : neque enim eo nos deducit ratio utilitatis, quæ maxime huic solertiæ modum præscribit.

Digitized by Google

TROISIÈME.

THÈME GREC *.

C'est du sein inépuisable de la terre que sort tout ce qu'il y a de plus précieux. Plus on déchire ses entrailles, plus elle est libérale. Après tant de siècles, pendant lesquels tout est sorti d'elle, elle n'est point encore usée; elle ne ressent aucune vieillesse; ses entrailles sont encore pleines des mêmes trésors. Mille générations ont passé dans son sein; tout vieillit, excepté elle seule; elle se rajeunit, chaque année, au printemps. Elle ne manque jamais aux hommes; mais les hommes insensés se manquent à eux-mêmes en négligeant de la cultiver; c'est par leur paresse et leurs désordres qu'ils laissent croître les ronces et les épines, au lieu des vendanges et des moissons. Les hommes ont devant eux des terres immenses qui sont vides et incultes; et ils renversent le genre humain pour un coin de cette terre si négligée.

QUATRIÈME.

THÈME LATIN **.

Une époque précieuse pour l'étude, ce sont les années qui s'écoulent entre la fin de l'enfance et le commencement de la jeunesse. La mémoire est prompte et vive; le jugement se forme et s'affermit, chaque jour; le cœur est pur et s'ouvre

* Premier prix. Pochet (Henri), né, le 7 juin 1825, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Clémencet (Jean-Baptiste), né, le 10 février 1825, à Massingy-les-Vitteaus (Côte-d'Or), Élève du Collége royal de Charlemagne.

** Premier prix. Lisle (Jacques-Alaric), né, le 17 janvier 1826, à Xaintrailles (Lot-et-Garonne), Élève de Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. De Laubadère (Antoine-Alexandre-Maxime), né, le 21 décembre 1826, à Eauze (Gers), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

naturellement à toutes les émotions généreuses. Il y a là, pour les enfants heureusement nés, un temps de travail, qui passera vite et dont ils ne sauraient trop profiter; car l'usage qu'ils en feront agira sur leur vie entière. Les facultés de l'intelligence qu'ils auront alors cultivées, les connaissances qu'ils auront acquises, se retrouveront dans la suite de leur carrière. La propriété et la précision du langage, le goût vrai des lettres et la connaissance exacte de l'histoire, sont, en effet, des qualités indispensables pour toute profession savante; et ces qualités, on les réunira difficilement, si on n'a commencé de les acquérir ou de s'y préparer, à l'âge heureux dont nous parlons. Ne négligez donc pas cette occasion qui vous est donnée, et que vous regretteriez dans l'avenir, si vous n'aviez pas su en tirer tous les avantages qu'elle renferme.

QUATRIÈME.

VERSION LATINE *.

Medium spatium Ostiæ civitatis emensi, jam liberum littus tenebamus. Ibi arenas extimas, veluti sterneret ambulacro, perfundens lenis unda tendebat. Et, ut semper mare, etiam positis flatibus, inquietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram, tamen crispis torosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus, quum in ipso æquoris limine plantas tingeremus, quod vicissim nunc appulsum nostris pedibus alluderet fluctus, nunc, relabens ac vestigia retrahens, in sese resorberet. Sensim igitur ac tranquillis passibus progressi, oram curvi molliter littoris, iter fabulis fallentibus, legebamus. Et, quum ad id loci venimus, ubi

* Premier prix. Galland (Charles), né, le 5 décembre 1825, à Paris, Élève du Collége Stanislas. — Deuxième prix. Sajou (Louis-Ernest), né, le 30 avril 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Saint-Louis.

Digitized by Google

subductæ naviculæ substratis roboribus, a terrena labe suspensæ quiescebant, pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare jaculationibus ludere. Is lusus est testam teretem, jactatione fluctuum levigatam, legere de littore : eam testam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum atque humilem, quantum potest, super undas rotando jacere, ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur : vel, summis fluctibus tonsis, emicaret, emergeret, dum assiduo saltu sublevatur. Is se inter pueros victorem ferebat, cujus testa et procurreret longius et frequentius exsiliret.

MINUCIUS FELIX, *Octavius*, cap. 3.

QUATRIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Κακῶν περ ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα,
Οὐδὲν κάκιόν ἐστιν ἀθλητῶν γένους.
Οἳ πρῶτα μὲν ζῆν οὔτε μανθάνουσιν εὖ,
Οὔτ' ἂν δύναιντο. Πῶς γὰρ, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ
Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος,
Κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπεκτροφὴν πάτρας;
Οὐδ' αὖ πένεσθαι καὶ ξυνηρετμεῖν τύχαις
Οἷοί τ'· ἔθη γὰρ οὐκ ἐθισθέντες καλὰ
Σκληρῶς διαλλάσσουσιν ἐς τἀμήχανα·
Λαμπροὶ δ' ἐν ἤβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
Φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προςπέσῃ γῆρας πικρὸν,
Τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.
Ἐμεμψάμην δὲ καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον,

* PREMIER PRIX. Turney (Charles-Robert-Frédéric), né, le 22 juin 1827, à Paris, Élève du Collég royal de Bourbon. — DEUXIÈME PRIX. Poyard (Henri-Constant), né, le 11 mai 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

Οἶ, τῶνδ' ἕκατι σύλλογον ποιούμενοι,
Τιμῶσ' ἀχρείους ἡδονὰς, δαιτὸς χάριν.
Τίς γὰρ παλαίσας εὖ, τίς ὠκύπους ἀνὴρ
Ἢ δίσκον ἆρας, ἢ γνάθον παίσας καλῶς,
Πόλει πατρῴᾳ στέφανον ἤρκεσεν λαβών;
Πότερα μαχοῦνται πολεμίοισιν ἐν χεροῖν
Δίσκους ἔχοντες, ἢ δι' ἀσπίδων χεροῖν
Θείνοντες ἐκβαλοῦσι πολεμίους πάτρας;
Οὐδεὶς σιδήρου ταῦτα μωραίνει πέλας
Στάς. Ἄνδρας οὖν ἐχρῆν σοφούς τε κἀγαθοὺς
Φύλλοις στέφεσθαι, χὤστις ἡγεῖται πόλει
Κάλλιστα, σώφρων καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
Ὅστις τε μύθοις ἔργ' ἀπαλλάσσει κακὰ,
Μάχας τ' ἀφαιρῶν καὶ στάσεις· τοιαῦτα γὰρ
Πόλει τε πάσῃ, πᾶσί θ' Ἕλλησιν καλά.

FRAGMENTA EURIPIDIS (*Ex Autolyco.*)

TRADUCTION LATINE.

Quum multa mala sint Græciæ, nulla est tamen
Gens pejor his qui ludicras pugnas cient.
Primum quod est : vitam agere nec discunt bene,
Nec utique possunt. Quomodo vir serviens
Malis, et ipse ventris appendix sui,
Opes lucretur, unde sit patriæ utilis?
Nec pauper ævum ferre, nec se casibus
Aptare norunt : moribus sueti malis
Sed res in inopes cum gravi sensu cadunt.
Pulchri, juventa dum viret, spectaculum
Sunt urbis : at, quum venerit senii dies,
Restant velut lacerna cui villus periit.
Ad hoc nec illum Græciæ morem probo,
Cœtus in horum quod celebrant gratiam,
Quorum usus haud est ullus, illecti dape.
Qui namque lucta pollet, aut celeri pede,
Discumve recte tollit, aut os verberat;

Digitized by Google

Quid patriam, ob hanc rem si coronetur, juvat?
An forte, quum res prœlii est, discum manu
Tenebit, aut per scuta cursans levi pede
Infesta pellet fine de patrio agmina?
Nemo ista inepta cogitat, ferrum prope
Quum stat. Sed alios fronde sapientes, probos
Ornare decuit : publicum si quis bonum
Curat modestus, juris ac recti tenax :
Male facta verbis si quis avertens suis,
Dissidia pugnasque arcet. Hæc etenim urbibus
Claros honores, Græciæque omni ferunt.

QUATRIÈME.

THÈME GREC *.

Le commun des hommes s'engage sans crainte, sans prévoyance, sans réflexion, dans le chemin de la vie. Ce qui est admirable, c'est qu'ils reconnaissent qu'ils ont besoin de maîtres et d'instruction pour toutes les autres choses. Ils les étudient avec quelque soin; ils sont difficiles envers ceux qui les leur montrent. Il n'y a que la science de vivre qu'ils n'apprennent point et qu'ils ne désirent point d'apprendre, ou qu'ils apprennent avec si peu de soin, qu'il semble qu'elle n'en vaille pas la peine. Ils font choix des artisans, des médecins, des avocats dont ils se servent; ils craignent d'être trompés dans les moindres choses; mais ils n'ont aucune défiance quand il ne s'agit de rien moins que de se sauver ou de se perdre pour l'éternité. Tout guide leur semble habile; le premier leur est bon, et ils se reposent sur lui avec une parfaite sécurité. Ainsi, ils s'exposent hardiment au voyage

* Premier prix. Poyard (Henri-Constant), né, le 11 mai 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Benoist (Auguste-Constant), né, le 3 août 1826, à Mitry (Seine-et-Marne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

de la vie, sans chercher d'autres lumières que celle de ces maximes fantasques dont ils se sont témérairement rempli l'esprit.

NICOLE. *Essais de Morale.*

CINQUIÈME.

THÈME LATIN *.

Il n'y a pas pour l'esprit de plus grand plaisir que la lecture : c'est un spectacle qui fait passer mille choses nouvelles devant nos yeux ; c'est une société qui nous charme et nous instruit. Il faut prendre garde, cependant, que la lecture ne devienne un simple amusement, au lieu d'être une agréable étude. On pourrait craindre alors que l'esprit ne se dissipât, loin de se fortifier. L'esprit acquiert d'autant plus de vigueur, qu'il travaille avec plus d'application. C'est pour ce motif qu'il importe tant de s'exercer à l'intelligence des langues étrangères. On profite doublement à lire, dans ces langues, les récits éloquents et les belles pensées, qui nous coûtent ainsi quelque peine pour les bien comprendre. Cet effort est utile, parce qu'il rend le souvenir plus ferme et plus profond. Il vaut mieux bien lire que beaucoup lire ; et rien n'aiguise plus la sagacité et ne développe mieux le jugement, qu'une lecture qui oblige à s'arrêter pour réfléchir.

* PREMIER PRIX. Merlet (Sannazar-Marie-Léon), né, le 1er septembre 1827, à Paris, Élève du Collége Stanislas. — DEUXIÈME PRIX. Pierrot (Nicolas-Alfred), né, le 9 mai 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

CINQUIÈME.

VERSION LATINE *.

Me consolatur ætas mea prope jam edita et morti proxima. Quæ quum aderit, si lucis, si noctis id tempus erit, cœlum quidem consalutabo discedens, et quæ mihi conscius sum protestabor. Nihil in longo vitæ meæ spatio a me admissum, quod dedecori, aut probro, aut flagitio foret. Nullum in ætate agenda avarum, nullum perfidum facinus meum exstitisse; contraque multa liberaliter, multa amice, multa fideliter, multa constanter, sæpe etiam cum periculo capitis, consulta. Honores, quos ipse adeptus sum, nunquam improbis rationibus concupivi. Animo potius quam corpori curando operam dedi; studia doctrinæ rei familiari meæ prætuli. Pauperem me, quam ope cujusdam adjutum, postremo egere me quam poscere malui. Sumptu nunquam prodigo fui, quæstu interdum necessario. Verum dixi sedulo, verum audivi libenter. Potius duxi tacere quam fingere, infrequens amicus esse quam frequens assentator. Pauca petii, non pauca merui: quod cuique potui, pro copia commodavi: merentibus promptius, immerentibus audacius, opem tuli; neque me parum gratus quispiam repertus segniorem effecit ad beneficia, quæcumque possem, prompte impertienda. Quocirca vitæ spatium sic emensus, libens obdormiam, ut inde, corporis vinculis liberatus, ad tranquilla, amœna et omnibus bonis referta animarum conciliabula transvehar.

LETTRES DE FRONTON.

* PREMIER PRIX. Delacoulonche (Alfred-Joseph), né, le 8 décembre 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — DEUXIÈME PRIX. Bacquoy-Guédon (Adrien), né, le 7 février 1827, à Vitry-le-Français (Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

CINQUIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Ἔοικεν ἡ ἐπιμέλεια τῆς γεωργίας εἶναι ἅμα τε ἡδυπάθειά τις καὶ οἴκου αὔξησις καὶ σωμάτων ἄσκησις εἰς τὸ δύνασθαι ὅσα ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ προσήκει. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀφ' ὧν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, ταῦτα ἡ γῆ φέρει ἐργαζομένοις, καὶ ἀφ' ὧν τοίνυν ἡδυπαθοῦσι, προσεπιφέρει. Ἔπειτα δὲ ὅσα κοσμοῦσι βωμοὺς καὶ ἀγάλματα καὶ οἷς αὐτοὶ κοσμοῦνται, καὶ ταῦτα μετὰ ἡδίστων ὀσμῶν καὶ θεαμάτων παρέχει· ἔπειτα δὲ ὄψα πολλὰ τὰ μὲν φύει, τὰ δὲ τρέφει· καὶ γὰρ ἡ προβατευτικὴ τέχνη συνῆπται τῇ γεωργίᾳ. Παρέχουσα δ' ὠφθονώτατα ἀγαθὰ οὐκ ἐᾷ ταῦτα μετὰ μαλακίας λαμβάνειν, ἀλλὰ ψύχη τε χειμῶνος καὶ θάλπη θέρους ἐθίζει καρτερεῖν· καὶ τοὺς μὲν αὐτουργοὺς διὰ τῶν χειρῶν γυμνάζουσα, ἰσχὺν αὐτοῖς προστίθησι, τοὺς δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργοῦντας ἀνδρίζει πρωΐ τε ἐγείρουσα, καὶ πορεύεσθαι σφοδρῶς ἀναγκάζουσα. Παρορμᾷ δέ τι καὶ εἰς τὸ ἀρήγειν σὺν ὅπλοις τῇ χώρᾳ καὶ ἡ γῆ τοὺς γεωργοὺς, ἐν τῷ μέσῳ τοὺς καρποὺς τρέφουσα τῷ κρατοῦντι λαμβάνειν. Ἐμοὶ μὲν θαυμαστὸν δοκεῖ εἶναι, εἴ τις ἐλεύθερος ἄνθρωπος ἐπιμέλειαν ἡδίω τινὰ ταύτης εὕρηκεν ἢ ὠφελιμωτέραν εἰς τὸν βίον.

XÉNOPHON, *Œconom.*, lib. V, § 1 - 2.

TRADUCTION LATINE.

Videtur agriculturæ studium simul et voluptatem quamdam habere et rei familiaris amplificationem, et exercitationem corporum, ut ad ea perficienda robur habeant, quæ ingenuis hominibus conveniunt. Primum enim fert terra se colentibus ea quæ hominibus ad victum

* PREMIER PRIX. Guillard (Charles-Just), né, le 10 mars 1827, à Châlons-sur-Marne (Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne. — DEUXIÈME PRIX. Clamageran (Jean-Jules), né, le 29 mars 1827, à la Nouvelle-Orléans (États-Unis d'Amérique), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

necessaria sunt, atque etiam illa fert, de quibus voluptatem capiunt. Deinde suppeditat omnia cum suavissimis odoribus et gratissima specie, quæcunque homines ad aras et signa deorum, atque etiam ad seipsos ornandos adhibent. Præterea multa obsonia partim producit, partim nutrit. Etenim ars pecuaria cum agricultura conjuncta est. Quumque copiosissime bona subministret, non sinit ea cum mollitia capi, sed ad hiemis frigora et æstatis calores tolerandos consuefacit. Eadem illos qui manibus suis laborant, exercendo magis robustos efficit; alios vero qui cura sua colunt agrum, strenuos reddit, dum mane ipsos excitat, acriterque pergere cogit. Incitat etiam terra nonnihil agricolas ad defendendum armis agrum, quum fructus in medio propositos educet qui victori cedant. Mihi quidem mirum videatur posse hominem ingenuum studium aliquod hoc tum jucundius, tum ad vitam utilius reperire.

SIXIÈME.

THÈME LATIN *.

Loin d'être une tâche pénible, comme le supposent quelques esprits paresseux, l'étude des lettres est une occupation non moins attrayante que solide. Plus on s'y attache, plus elle devient facile. Nous ne regarderons jamais comme perdues les heures qu'elle nous aura coûtées. Les lettres ne laissent de place ni à l'ennui ni au repentir. Non-seulement elles sont pour la jeunesse le meilleur emploi du temps, et le plus utile exercice de l'intelligence; mais elles préparent des ressources, et comme un trésor inépuisable, pour l'âge viril. Bien des choses que l'enfant apprend et retient sans efforts profitent à l'homme mûr, qui ne les saurait jamais aussi bien, s'il ne les avait pas étudiées dans ces heureuses et premières années où la mémoire est prompte, l'esprit ouvert, la vie dégagée de soins, et l'âme exempte d'inquié-

* Premier prix. Quinot (Edme-François-Nicolas-Alfred), né, le 29 septembre 1828, à Langres (Haute-Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Libert (Jules-Charles-Adam), né, le 3 octobre 1828, à Joigny (Yonne), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

tudes. Il faut craindre de laisser passer inutilement cette époque si favorable, et de n'en pas faire le meilleur usage : car on la regrettera, sans pouvoir la remplacer jamais.

SIXIÈME.

VERSION LATINE *.

Si voto fortuna subscripserit, agrum habebimus salubri cœlo, uberi gleba, parte campestri, parte alia collibus vel ad orientem, vel ad meridiem molliter devexis, terrenisque aliis cultis, atque aliis silvestribus et asperis, nec procul a mari aut navigabili flumine, quo deportari fructus, et per quod merces invehi possint. Campus in prata et arva, salictaque et arundineta digestus, ædificio subjaceat. Colles alii vacui arboribus, ut solis segetibus serviant, quæ tamen modice siccis ac pinguibus campis melius quam præcipitibus locis proveniunt. Ideoque etiam celsiores agri frumentarii planities habere, et quam mollissime devexi, ac simillimi debent esse campestri positioni. Alii deinde colles olivetis vinetisque vestiantur; materiam lapidemque, si necessitas ædificandi coegerit, nec minus pecudibus pascua, præbere possint. Tum rivos decurrentes in prata, et hortos, et salicta, vivæ aquæ salientes demittant. Nec absint greges armentorum cæterorumque quadrupedum, culta et dumeta pascentium. Sed hæc positio quam desideramus, difficilis et rara, paucis contingit. Proxima est huic, quæ plurima ex his habet; tolerabilis, quæ non paucissima.

COLUMELL. *de Re rustica*, lib. I, cap. 2.

* PREMIER PRIX. Sarcey (François), né, le 8 octobre 1828, à Dourdan (Seine-et-Oise), Élève du Collége royal de Charlemagne. — DEUXIÈME PRIX. Lebaudy (Jules), né, le 16 mai 1828, à Paris, Élève du Collége Rollin.

FIN.

Digitized by Google

COPIES
D'ÉLÈVES COURONNÉS.

RHÉTORIQUE. — DISCOURS LATIN.

PREMIER PRIX (VÉTÉRANS). — PRIX D'HONNEUR.

Si me cum timidis, comites, et qualecumque potius otium quam utilem audaciam amplectentibus conjunxisset fortuna, composito verborum apparatu forsan opus fuisset, quo non satis certos confirmarem animos, fiduciamque dubitantibus incuterem. Nunc vero ad omnia adeunda, quibus melior vitæ conditio pariatur, pronos vos paratosque intueor; vos audacissimos, vos a rebus novis minime abhorrentes, non timidus ipse nec lingua quam manu et factis præstantior impello : quominus longam adhortationem præsens tempus desiderat. Satis enim, etiam si taceam, vos cohortatur et quam fugitis, et quam petitis vitæ sors; satisque erit animorum, si modo quæ relinquamus respicere, quæ adeamus intueri collibeat.

Potuistis domi remanere desides, omnibus malis et acerbitatibus excruciati; potuistis paucis potentibus ac divitibus turpiter obnoxii consenescere, qui quanto gravius, quam reges, civium cervicibus incubuerint, nemini non pernotuit; potuistis denique, civium in dies numero accrescente, famem, famem, inquam, vitæ mortalium teterrimam pestem, pauperes et sordidi exspectare. Sed longe aliter visum ! Illas indignitates respuistis; vos pertæsum est omnia in paucorum jus atque ditionem concessisse; paucos luxuriare divitiis, et omnium rerum copia saginari; vobis etiam rem familiarem deesse, qua vos vestrosque tueremini; pertæsum est opes, honores, auctoritatem penes paucos esse; cæteros turbam ac vulgus nominari, et sæpius in carceribus infelicem animam ducere, tanta dominantium impotentia, tanta sævitia fœneratorum ingruebat ! Quæ quoniam intoleranda viris visa sunt, hoc fortiter consilium inivistis, quo et miseriis contume-

Digitized by Google

liisque caput eximere, et patriam, propagine nimia prægravatam, exonerare contingeret! In patria vobis, comites, mala re domi, foris ære alieno laborandum fuit; aut serviendi aut exsulandi necessitas imposita. Exsilium agitare maluistis, hac meliore fortuna, quam vobis ultro benignitas deorum obtulit, dignissimi! En illa, illa dies, quam sæpe optavistis, sæpe votis vocavistis, quæ futuram vitæ conditionem in manibus vestris posuit! Trinacria vobis insula patet, ubi miseriarum finis ac requies erit; ubi omnia parare licebit, quibus non modo vitæ securitas, sed jucunditas etiam asseritur; ubi recreabimur ad secundam fortunæ clementioris auram; ubi ad jucundissimum libertatis odorem renascemur.

Græca gens quondam, comites, tyrannide Doriensium oppressa, in oppositis Asiæ littoribus meliora sibi fata extorris comparavit. An est hodie quisquam, in universo terrarum orbe, locus illa asiatica plaga felicior? Considerate quam in tuto magnificoque statu nunc fugitivorum hominum progenies conquiescat! Cernite vastas olim et situ obrutas solitudines, nunc florentissimas cultu, nunc frequentes nationibus, nunc splendidissimis urbibus exornatas. Cernite quot portus omnium gentium commerciis pateant, quot classes ad orbis quasi vectigalia colligenda continuo egrediantur! Ea nobis prosperitas pro incitamento sit; ea nostram audaciam quasi omine corroboret!

Similia nos, comites, manent; nobis eadem jam parta opulentia, si modo in consilio tam feliciter auspicato perstiterimus. Ecce nos terra vocat, non sine numine deorum græco homini reperta, frugum ferax, navibus commerciisque opportunissima. Non in Orientem occupatum jam et incolis exuberantem tendimus; sed Occidentem adhuc intactum petimus, telluremque primæva novitate pollentem, et quasi felici fato nobis sepositam. Modo ne vos falsa terreat opinio, quæ veterum poetarum commentis adeo percrebuit, scilicet esse insulam hanc, quo pervenire decrevimus, immani Cyclopum Gigantumque turba tumultuantem et asperam. Omnia istà fingant ad ingenii oblectationem Homerici vates, ut miraculis et portentis rerum sua carmina insigniant. Ego vero, qui jam semel ipsam regionem nave appuli, qui præsens omnia intuitus sum, si oculis potius quam auribus fidem

Digitized by Google

adhibere non est nefas, Trinacriam libentius inter eas divites insulas annumeraverim, ab illis iisdem vatibus adeo concelebratas. Vidi enim ego, comites, nec vobis fucum faciam, vidi pacatam quietamque oram, tantæque ubertatis agrum, ut ad educandas fruges vix manus hominum desideret; vidi sinus portusque naturales egregios, quos qui obtineat, brevi totum orbem vectigalem et stipendiarium sit habiturus; vidi gentes natura moribusque placidas, nescias armorum, ipsaque cœli clementia adeo debiles, ut nobis sine virium periculo subigendæ esse videantur.

Ea nos gratissima sedes excipiet, ubi inveniemus ea quæ in Græcia eripiuntur; ubi vivemus liberi beatique, nec minore omnium rerum abundantia fruemur, quam usque ad hanc diem inopia laboravimus. Nisi forte satius est in Atticæ sterili et egeno littore vitam inopem jejunamque senectutem perpeti. Nobis quasi præmia trans marium intervalla deus audentibus proposuit; quibus injiciamus manum, comites, ne alii neglecta a nobis præoccupent, ne opportunitatem evolare e manibus patiamur. Audeamus illud privato consilio, infra quod totius civitatis consilium jacuit, memorabilem simul gloriam et dulcissimos vitæ fructus, nec sine maxima patriæ prioris utilitate, assecuturi. Felix exsilium, quo nobis altera patria pariatur, non hostilis priori futura, sed quæ et originis suæ memoriam retinebit, et quasi consanguinitatis jura ac fœdera observabit.

Interjectum illud maris spatium, qua a felicitate sejungimur, comites, rapidissimo cursu, ventisque ferentibus trajiciemus, et omne iter meliora petentibus brevissimum jam clementior aura vocat : ibimus igitur, et fata ducentia deosque auctores sequemur; ibimus, et depressum diutius servitute caput, rursus erigere licebit; ibimus, et qui modo superbos dominorum nutus horrebamus, non solum nostri juris erimus, sed aliis etiam populis petentibus jura describemus; ibimus, et, patria bene relicta, classe ab Euboico littore secundis ominibus soluta, diis bene juvantibus ab inopia fameque ad opulentiam, a servitute ad libertatem vela faciemus.

MONCOURT,

Élève du Collége royal de Louis-le-Grand,
Institution Sainte-Barbe.

Digitized by Google

DEUXIÈME PRIX (VÉTÉRANS).

Si cui inopi et omnibus miseriæ sordibus conflictato, si cui captivo et in vinculis jacenti, repente, velut in fabulis legitur, deus appareret diceretque : « Tu qui nunc pauper aliis tibique gravis es, me ducentem sequere ut summa abundantia diffluas ; i mecum, tu qui nunc in carceris tenebris mersus es, ut libertatis luce, eo avidius quo tardius, fruaris ; » nonne is stultissimus, vel potius demens esse videretur, qui fortunæ præbenti se deesset, et calamitatem suam amplexus, in omnium rerum indigentia quam in beatitudinis illecebris, in servitute quam in libertate versari mallet? Atque eam vobis conditionem sors dedit, ut maxima aut infima eligeretis. Vobis divitiæ, vobis spes ingentis dominationis in manibus est; vobis traditur ignota regio, quæ illibatas suas opes novis dominis reservavit; ubi domos ædificare, agros continuare, servorum familiis imperare; ubi non solum iis fructibus uti quas fecundissima terra præ se fert, iis divitiis quæ ex maximarum urbium industria redundant, sed etiam iis omnibus abuti dabitur, quibus vicini et circumjacentes populi gaudeant; quæ cui nostrum repudiare et deserere placet, ut despectus et inops sua diutius ignominia fruatur?

Nam præterea quod crescente civium numero, senescentibus Græciæ opibus, non modo quæ ad honestatem luxumque, sed ad vitam pertinent, et cœlum, mehercule, ipsum ac terra nobis deficiunt; præterea quod suometipsa partu onerata patria nos, veluti noverca, quotidie contumeliarum atque inopiæ stimulis acuit, ut tandem procul a se nos excutiamus inutiles ac prægraves, non nostræ magis fortunæ acerbitate, quam paucorum felicitate et superbia angimur, quibus leges, fas ac nefas in quæstum cessere. Quum regum imperia patiebamur, indignum id enimvero erat tot viros virtute præstantissimos unius hominis ludibrio esse. Nunc autem regium nomen interiit, res superest; quam mihi arripuerunt isti quos in singulis civitatibus volitantes videmus, magna suorum caterva circumfusos, honorum insignibus præfulgentes; quos satrapes inter servos, non cives inter cives diceres. Hi divitias, potestatem ad se traxere. Omnem nobis

Digitized by Google

spectantibus quasi pro suo jure invasere rempublicam. Hos ita palam odisse et patriæ nostræ incumbentes devolvere nequimus, ut orare et precari cogamur, ne nobis ærumnosis et calamitosis omnino desint. His libertatem nostram, his corpora tradimus; horum vincula patimur. Quod si tot malis confecti paulum respirare voluerimus et queri cœperimus : « Aut tibi serviendum, aiunt, aut inopia moriendum ! »

Næ illi falsi sunt, neque omnia nobis inter infamiam et desperationem abrupta. Patet exsilium, si id exsilium dicendum est ubi liberi pro servis, divites pro egentibus fiemus. Patet portus ubi non modo ab his superbis dominis fractum et afflictum animum nostrum erigere, sed etiam ad eamdem illam emergere opulentiam qua isti superbiunt. Nonne sic quondam majores nostri, quum Doriensium imperio premerentur, pœniteretque eos sedis suæ, quod illa libertatis memoria plena dominorum vestigiis deformaretur, penates suos et antiquam eorum fortunam portantes in oras Asiæ migraverunt, ibi esse rati patriam ubi tum leges, tum omnium eorum utilitas esset? Atqui non deerant qui crebras maris tempestates, qui difficultatem locorum, ferociam barbarorum, sicuti nunc, ad deterrendum jactitarent. Neque illi minus plurimas urbes condiderunt, quæ nunc cum matribus suis potestate et opibus æmulantur ; nec Græcia magis in Græcia quam in Asia versatur.

Huic audaciæ ergo irrideant qui aliena parta invidere quam eadem simili constantia sibi parere malunt ! Nos non sinemus majores nostros felicius patriæ suæ quam nosmetipsos natos esse. Et, mehercule, me ingens indignatio capit, quum hanc Græciam, quæ prope orbis terrarum minima pars est, tanta hominum multitudine abundare video, ut, veluti arbores in veteri sylva, alii alios obruant ; uqum potentes quosdam omnia enixe faciunt, scelus super scelus aggerunt, divina pariter humanaque projiciunt jura, ut paulo latius agellum suum extendant; quum bello civitates flagrant, versatur ubique tumultus, occiduntur homines propter unum aut alterum oppidum. Ne vestro solo, veluti stipites, fixi hæreatis; omnes vobis terras, si modo voluntas et virtus adsit, dii dedere. Dominandi libidinem non aliqua agri jugera, de quibus toties lis oritur, sed immensæ regiones,

Digitized by Google

innumerabiles populi, satiabunt. Impudentissimi vos omnium atque stultissimi, qui cupiditatibus vestris nisi per aliorum perniciem indulgetis, quibus contemnenda maxima potestas foret, nisi eam civium vestrorum lacrymis et sanguine respergeretis! Nos autem, socii, quos isti insanire dicunt, eos in inertia vel crudelitate sua delectare patiamur; novas, majorum exemplo, quas ipsi liberi felicesque incolamus, regiones quæramus. Oriens occupatus est; at nos intactus manet Occidens.

En vocat tellus non sine numine deorum græco homini reperta; nam non me vis aliqua venti, non me una ex multis tempestatibus ad hoc littus appellere coegit, sed profecto Ceres, quæ quondam errabunda, quum noctu deprehenderetur, in nostrum hospitium confugisse dicitur, eosdem in suam patriam et sedem ducere voluit qui eam in sua accepissent. Quanquam, socii, non immerito illum locum sibi detegit quem præsentia sua celebraret. Vidi feraces illos campos, apud quos quantum nostri soli fertilitas sordeat! Vidi vastos illos agros messibus frugibusque redundantes, arboribus opacas valles, pecoribus scatentes montes; vidi illas urbes ad quarum pulchritudinem non situs, non divitiæ, sed meliores et peritiores manus deerunt; quas omnia pacis ornamenta decoraverant, nos belli præsidiis muniemus. Vidi illud littus et illud mare navigiis commerciisque peropportuna; vidi natura ipsa defossos et circumvallatos stationes ac portus, qui mihi nos nostrasque naves exspectare videbantur. Nam iis omnibus Barbaros diutius frui, dum nobis Græcis hominibus neque res ulla neque penates sunt, id diutius non est ferendum. Neque jam illos ut quondam sui gigantes, Cyclopumque turba defendent, cujus frequentia tumultuantem et asperam hanc regionem vates Homerici canere solent. Imbellis gens est, socii, quæ ideo sese adhuc fama et nominis sui terrore defendit, quod nulla alia arma, nulla alia virtus ad defendendum subisset. Simul atque his Barbaris gladios vestros ostenderitis, et, excusso illo puerilium narratiuncularum apparatu, ad rem veneritis, subito deditionem facient. Una et nos trajecisse audiet Græcia, et victos Siculos, et totam regionem domitam et subactam.

Me igitur sequamini, qui tantam laudem affectare cupitis, et

Digitized by Google

vos quibus libertas, et vos quibus opes cordi sunt; me sequamini ad alteram nobiscum maxima pristinæ patriæ utilitate ac gloria, patriam condendam. Fave incœptis, Mercuri, qui audacius aliquid tentantibus adesse soles, et hoc nostrum consilium ominibus tuis auspicare. Tuque, dea Ceres, siquidem huic Græciæ semper volens ac prospera fuisti, nos hanc tuam patriam petentes, quæ diutius veris tui cultoribus caruit, secundis oculis sequere; non nos templa tua eversum pollutumque fana venimus; tibi omnes illas dicabimus, quæ brevi exstruentur, urbes; tibi statuas, tibi aras ponimus; neque magis nostra quam tua hujus victoriæ usura erit.

M. Hémardinquer,
Élève du Collége royal de Charlemagne,
Institution Favard.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Quod vocem meam, cives, quæ vos servientes ad libertatem, inopes ad divitias comparandas appellabat, audieritis, non vestra solum, sed etiam mea causa lætor. Ex quo enim felici illo naufragio, et non mihi mortem, ut aliquando timui, sed potius, quam hactenus, ut ita dicam, non novimus, mihi vobisque vitam allaturo, Siciliam tetigi, id semper optavi, ut dii faventes, sui in me beneficii patriam meam (et omnem Græciam patriam meam esse arbitror) participem facerent, et ut quos servitii habueram, eosdem libertatis haberem socios. Quam quidem gratiam dii mihi concesserunt, et hoc quod non petieram, insuper addidere, scilicet ut non tyranni nostri, sed illi solum qui tyrannos mecum fugiunt, me voti mei compotem facerent, ut non jussos sed libentes ducerem comites. Ergo, quoniam, quod non civitates publico consilio decreverunt, vos cives privato decrevistis, procul a patria illa fugiamus, quæ, quum nos dimittere noluerit, retinere tamen non potest; quæ potius nobis defuit, quam nos illi defuimus.

Illam autem nobis defuisse, demonstrare supervacaneum arbitror : circumspicite enim, cives; et Athenas, et Lacedæmona, et Corinthum, et illam ipsam Chalcida quam, quum vos genuerit,

Digitized by Google

me perinde ac si genuisset, exceperit et dilexerit, non minus meam quam vestram dicere audeo, et omnes tandem quas habet Græcia civitates, civibus non copiosas, sed exundantes, non plenas sed obstructas, non adjutas, sed oneratas et impeditas videbitis. Quod civibus æque ac civitatibus perniciosum est : pro patria major virorum numerus, pro numero patria minor.

Quæ quum ita sint, nos et nobis et patriæ salutare consilium afferentes, nullum responsum accepisse mirarer, nisi mihi, et vobis, ut arbitror, omnibus, jamdiu nimis constaret, non patriæ sed sibi tantum eos consulere qui dominantur, et id solum appetere, ut tyrannidem suam firment, ipso maximo, si necesse est, patriæ detrimento. O miseram Græciam! o fallaces spes tuas! libertatis cupida, reges tuos pepulisti, sed non libertatem adepta es; imo leve jugum servitio intolerabili mutavisti. Nunc omnibus in civitatibus tuis, in regis unius locum, multi successere reges, sed quanto duriores, quanto immitiores! nunc regnat, quidquid divitum, quidquid fœneratorum in urbibus est; istis summa potestas, non omnibus æqua libertas, regibus exactis parta est : qui divites sunt, una et potentes et felices et venerandi sunt; qui pauperes, et spreti et despecti, ne civium, ne hominum fere quidem jura retinent atque usurpant : aurum pro patriæ amore, pro virtute, pro omnibus est, virtus pro nihilo : nec vitam tamen felicem postulabamus, sed libertatem : infortunia enim pati possunt Græci, servitium non possunt : et nobis in patria nostra, quamvis libertatis quoque patria fuerit, libertate frui non licuit; servire me necesse est, aut exsulare.

Exsulare malo, cives; malo procul a Græcia liberum, quam in Græcia servientem vivere; et illam nobis regionem, patriam esse censui, ubi libertas habitat, non illam ex qua jam exsulavit. Fugientem igitur prosequamur, cives; libertatem natalis soli adspectui anteponendo, nos dignos fuisse ostendamus, quibus liberis in natali etiam solo vivere contigerit; quod quoniam nobis fata negavere, quæ permisere, faciamus : Græci Græcos imitemur qui idem dedecus eadem virtute effugerunt : majores enim nostros Dorienses oppressere, gens barbara, quid arma, quid militaris virtus posset, sibi conscia, nescia autem quid

Digitized by Google

posset insitus ille Græcorum animis libertatis amor : sed quod non noverat mox novit : Græci enim servitii impatientes, et non antiquæ virtutis, sed periculi præsentis obliti, in Asiam migravere. Profugos secuta est libertas. Illic Græciam novam, quasi secum ex Europa in Asiam translatam fecere; ibi plurimas urbes condidere, nunc divitiis quidem et opibus florentissimas, sed libertate præsertim, quam intactam semper et inviolatam, conditorum et originis memores, servavere.

Quæ fecere majores nostri, nobis ipsis facienda sunt, cives. Nam nos quoque Græcorum ut nomen, ita præclaros generososque sensus retinuimus, nec civium dominatio tolerabilior est quam hostium; et si non hostes, sed cives fugimus, non ideo fugientibus præclarum illud exsilium minus decorum est, sed fugantibus solum turpius. Quæramus igitur alias terras, quas liberi felicesque incolere possimus. Oriens totus occupatus est : ibi quasi Græcam oram Barbariæ Græcia attexuit, cætera Barbari tenent; et nobis in terra quæ non aliorum sed nostra sit confugiendum est : intactum igitur adhuc Occidentem petamus : hic nos vocat tellus, quam nulli adhuc coloni tenuerunt, quam nobis dii ipsi designaverunt, et propter hanc fortasse ipsam suam virginitatem, ut ita dicam, dignam existimaverunt quæ expulsæ ab orbe græco libertatis quasi nova patria fieret. Non enim me fortuito casu, non procellosis ventis, sed divino quodam flamine actum, ad ignotum littus illud appulisse arbitror, quod conservandæ libertati satis destinatum, libertatis amanti viro, dii ostendere voluerunt. Hoc ita persuasum habeo, cives, terræ illi naturam magis favere quam ut nullis unquam habitanda sit, nisi barbaris et agrestibus qui illam nunc incolunt populis. Quæ enim omnium frugum feracior? quæ navigiis, quæ commerciis opportunior! Ubi dulcior cœli temperies? ubi pulchrior natura, pulchrius ipsum mare; quod sæpius cum leni murmure leniter littora allambit, quasi placidissimam terræ quietem turbare vereatur? Quid tandem muneris est, quod isti insulæ dii non dederint, nisi digniores incolas qui tali natura fruantur, et ad illud aptos ut quam pulcherrimam inter omnes insulam numina fecere, ipsi notissimam faciant, et veris etiam dotibus, non jam solum poeticis fabulis celebrem.

Digitized by Google

Nolite enim arbitrari, vobis cum diis hostibus pugnandum fore, cum efferis immanis staturæ gigantibus, cum Polyphemo Ætneisque fratribus, qui tumultuantem et asperam Siciliam suam defendent, trepidantibusque vobis ultrici cæde eripient; monstra quidem ista Siciliam occupant, sed illam veterem Homeri Homericorumque vatum Siciliam; nostram autem, gens hominum, non deorum obtinet, sylvestris, nec fera tamen; barbara, nec tamen bellica, sed placida et imbellis, quæ insulam non defendit, sed potius primo qui occurret populo servare indefessam videtur. Occurramus igitur, quoniam occurrentium erit, et primo adspectu, non armis, subigetur Sicilia illa, ubi ex istis quæ fugimus nihil, omnia autem quæcumque domi desunt, inveniemus.

Et eo magis vos, ad condendam in Sicilia alteram patriam hortor, quod illa non nobis solum, sed pristinæ quoque patriæ, quam etiam postquam reliquimus, amore nostro prosequi debemus, maximæ utilitati et gloriæ erit. Sic Græcia et Orientem et Occidentem, si non potentia, fama saltem complectetur; sic marium regina Oceano toto dominabitur, et si qua res est cui impar erit, parem esse gentes credent; et populi Occidui, qui nullos Græcos viderint nisi liberos, Græciam quoque, ut potentem, ita liberam esse credent et admirabuntur.

Itaque servi dominos, inopes egestatem fugiamus; trans maria divitias quæramus, et quod divitiis omnibus, Græcis præsertim judicibus, pretiosius est, libertatem, maximis etiam periculis, si necesse esset, emendam. Quumque patriæ nostræ, cui præsentes oneri eramus, tum primum hodie fuga nostra utilitati fuerimus, patriam semper et fortunis et gloria, si fas est, non minus quam nos ipsos augeamus et amplificemus; sic, sic Sicilia quam occupabimus græca erit; nos autem, adeo non Siculi erimus, ut græco nomine digniores futuri simus, quam qui veterem Græciam habitabunt.

G. Lhopital,

Élève interne du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

RHÉTORIQUE. — DISCOURS FRANÇAIS.

PREMIER PRIX. (NOUVEAUX).

Jusqu'ici, sénateurs, j'ai vu, sans murmurer contre la Providence, tous les malheurs dont notre malheureuse république a été accablée. Je pensais que Dieu ne nous soumettait à de si terribles épreuves, que pour nous donner l'occasion d'accroître notre gloire en les surmontant; qu'il ne nous forçait à acheter notre liberté par tant de sacrifices, que pour nous en faire mieux sentir tout le prix. J'ai vu la puissance de Venise abattue, ses flottes dispersées et détruites, ses derniers remparts renversés, et Chiozza prise d'assaut; j'ai vu les vaisseaux ennemis stationner à l'entrée des lagunes, et je n'ai pas désespéré de voir encore, avant de mourir, Venise libre et victorieuse de ses ennemis! Mais c'en est fait maintenant, et il ne me reste plus qu'à pleurer sur ma patrie; car un Vénitien, un sénateur, a pu faire au sénat assemblé la proposition d'abandonner Venise; et ses paroles, loin d'exciter contre lui l'indignation générale, ont trouvé de nombreux approbateurs!

Abandonner Venise, lorsque, malheureuse, accablée, elle attend de vous son salut pour prix des bienfaits dont elle vous a comblés! Ah! lorsque, puissante et heureuse, elle vous prodiguait toutes les jouissances de la gloire et de la richesse, vous étiez fiers de Venise, vous vous glorifiiez de lui appartenir; et maintenant que votre orgueil et votre insolence ont armé contre elle les nations envieuses de sa puissance; maintenant qu'il faut soutenir l'honneur de ce nom de Venise que vous portiez si haut, vous voulez le renier! Vous voulez abandonner votre patrie, renier votre mère!

Abandonner Venise, et l'abandonner pour Candie! Jadis aussi on fit à nos pères la proposition d'abandonner Venise. Faut-il vous rappeler, fils dégénérés, avec quelle indignation elle fut accueillie? Et pourtant, alors, il ne s'agissait pas de fuir lâchement, d'abandonner Venise sans défense à des ennemis acharnés

Digitized by Google

qui n'attendent qu'un signal pour fondre sur elle et commencer l'œuvre de la destruction. Non, Venise alors était puissante et respectée des nations; ses ennemis tremblaient devant elle, et, déserte et abandonnée de ses habitants, la majesté seule de son nom eût suffi pour la protéger contre toutes les attaques. Il ne s'agissait pas alors d'aller ensevelir dans une île lointaine la honte du peuple vénitien. La ville la plus belle de toute l'Europe et la plus favorisée du ciel, la capitale d'un grand empire, Constantinople, venait d'être conquise par le doge Dandolo uni aux croisés, et c'était à Constantinople que l'on proposait de transporter le Lion de Saint-Marc, afin que, sous sa protection, un nouvel empire pût sortir des ruines de l'empire grec et élever les Vénitiens au-dessus de toutes les nations. Alors on n'eût pas vu les Vénitiens sortir de leur ville furtivement, à la faveur des ténèbres, abandonnant à leurs ennemis une patrie qu'ils n'avaient pas su défendre; le soleil eût éclairé la marche triomphale de tout un peuple, précédé de ses étendards, et allant prendre possession de sa conquête.

Certes, cela était noble et glorieux! pourtant nos pères ne le voulurent pas; ils préférèrent à un empire puissant, à une ville riante et magnifique, la sombre et grave Venise, enfermée au milieu de ses lagunes. C'est qu'ils se souvenaient, eux, que ce fut au milieu de ces lagunes que de pauvres pêcheurs, qui ne venaient y chercher qu'un asile contre la cruauté des Barbares, trouvèrent la liberté et la puissance; et ils comprenaient aussi que cette liberté et cette puissance, nées sur ces grèves stériles, ne pouvaient vivre que là! Mais vous, tous ces souvenirs ne trouvent aucun écho dans votre cœur, qu'un indigne amour de la vie a fermé aux sentiments généreux : votre salut seul vous occupe : eh bien! le soin même de votre salut vous défend de quitter Venise! Vous ne pouvez vous sauver qu'en sauvant votre patrie! Insensés, vous voulez vous réfugier à Candie. Croyez-vous donc y retrouver aussi ces lagunes, qui seules vous défendent encore, quand vous avez renoncé vous-mêmes à vous défendre? Ou bien trouverez-vous à Candie ce courage que ne peuvent vous inspirer ces souvenirs qui vivent dans toutes les pierres de Venise? Ou bien, plutôt, espérez-vous que la pitié et

Digitized by Google

le mépris de vos ennemis, satisfaits de la ruine de Venise, vous oubliera dans votre asile? Détrompez-vous : animés par la vengeance, ils vous poursuivront à Candie. Vous fuirez donc encore; vous irez chercher ailleurs une nouvelle patrie. Ils vous poursuivront jusqu'à ce que vous ne puissiez plus leur échapper par la fuite. La fuite!... mais maintenant même vous est-elle possible? Enfermés de toutes parts, sans vaisseaux, sans vivres, privés de toutes les ressources, comment espérez-vous dérober tout un peuple à la haine vigilante de ses ennemis, et le transporter au delà des mers? Certes, vous n'avez pu penser à exécuter un projet aussi insensé! Vous prétendez donc vous dérober seuls aux périls; vous voulez déserter la cause d'un peuple qui a remis entre vos mains le soin de son salut; c'est une trahison que vous proposez hautement au sénat assemblé. Eh bien! trahissez-le donc, ce peuple; trahissez-le, si toutefois, justement irrité, il ne prévient pas votre trahison par un prompt et sanglant supplice. Quant à moi, c'est à Venise que j'ai passé soixante-dix-neuf ans d'une vie heureuse et libre; j'ai versé mon sang pour sa gloire, et je lui ai consacré tout mon amour; je ne souillerai pas par une trahison une vie honorable et pure; je me fais gloire de sacrifier le peu de jours qui me restent au salut de ma patrie. Sauver Venise ou périr avec elle, tel est mon dessein : fuyez lâchement, vous qui tenez tant à la vie; assez d'autres sans vous brigueront l'honneur de périr à mes côtés!

C. M. ROUGET,

Élève du Collége royal de Louis-le-Grand, Institution Sainte-Barbe.

DEUXIÈME PRIX (VÉTÉRANS).

Je ne me dissimule point, seigneurs, les dangers de la république; quand de nos palais nous entendons, au dehors les cris des matelots génois, au dedans les clameurs du peuple épouvanté, je désespérerais du salut de Venise, si je ne savais votre courage plus grand encore que les périls de l'Etat. Venise n'a plus d'armée, plus de flotte; mais elle a toujours de généreux ci-

Digitized by Google

toyens. Rien n'est encore perdu, seigneurs; et tant que la place de Saint-Marc n'aura pas retenti des cris de victoire de l'ennemi, tant que le sénat pourra délibérer dans ces murs, nous ne devons pas désespérer de la république. Il faut des résolutions extrêmes : eh bien! que le courage nous les inspire et non la frayeur. Si grand que soit le péril, il ne le sera jamais assez pour que nous achetions notre salut au prix de notre gloire.

Cette gloire, que nos pères ont acquise par leurs exploits, ne nous appartient pas tout entière : c'est un legs dont nous devons compte à nos descendants; le leur transmettrons-nous intact, sans cette patrie que nous devons leur laisser telle que nous l'avons reçue nous-mêmes de nos ancêtres? Il y a deux siècles, lorque la prise de Constantinople éleva si haut le nom de Venise, on demanda dans cette même enceinte que la ville vaincue héritât de la puissance de ses vainqueurs. Mais nos pères voulurent mourir là où ils étaient nés; et alors cependant, le lion de Saint-Marc eût quitté en triomphe les rivages de l'Adriatique ; il n'eût pas fui à travers cette mer qui tant de fois a vu revenir nos flottes chargées des dépouilles ennemies. Il eût été presque glorieux pour nos pères d'habiter une ville conquise par la victoire, une ville si longtemps reine de l'Orient et capitale d'un grand empire. Est-ce un exil ou une fuite qu'on nous propose aujourd'hui? C'est une fuite, seigneurs; une fuite ignominieuse, qui nous donnera en spectacle, vaincus et dépouillés, aux nations qui nous respectent comme les souverains de l'Adriatique. Ce qui, dans la prospérité, eût été ingratitude envers une patrie digne de tout l'amour de ses enfants, serait lâcheté dans les revers; et cette lâcheté, nous l'expierions bientôt par les plus amers regrets.

Êtes-vous-donc prêts à dire un éternel adieu à ces palais qui ont vu naître vos pères et vos fils? à ces monuments qui, en rappelant la gloire de la patrie, rappellent aussi les hauts faits de vos familles? Des sénateurs génois siégeront-ils dans cette enceinte illustrée par tant de glorieuses délibérations? Un gouverneur étranger revêtira-t-il le manteau des doges vénitiens, tandis que nous irons, nous, fonder sur une côte lointaine, une ville qui ne sera jamais que le refuge d'un peuple proscrit et fugitif?

Digitized by Google

Non : n'espérons point qu'une seconde Venise s'élève au milieu de la Méditerranée : nous trouverons ailleurs un territoire, des ports : Venise, nulle part. Avec le souvenir de notre puissance passée, nous laisserons ici l'espoir de toute grandeur future. Les traditions nationales sont la force morale d'un peuple ; et ces traditions sont attachées au sol de la patrie. C'est ici que doit rester Venise, sur cette côte où des pêcheurs inconnus ont jeté, il y a dix siècles, les premiers fondements d'une ville à qui semblent promises une gloire et une puissance immortelles ; c'est ici que nous devons vivre et mourir, entre les tombeaux de nos pères et les berceaux de nos enfants.

Seigneurs, ce n'est pas une vaine cérémonie que l'alliance solennelle de Venise et de l'Adriatique. Il est d'autres mers favorables au commerce ; d'autres villes riches et puissantes : Venise seule a des lagunes. Le sénat serait-il assemblé maintenant, si notre ville eût été construite sur les côtes de Candie? Que deviendrons-nous si la haine des Génois nous poursuit jusque dans notre asile? Défendrons-nous mieux notre liberté dans une ville nouvelle, que dans ces murs antiques, entourés par la mer d'un rempart inexpugnable? Faudra-t-il donc alors fuir toujours devant les Génois? Faudra-t-il, parcourant ces mers étonnées de notre honte, aller implorer les Turks? mendier quelque terre inconnue où ne nous découvre pas la haine de nos ennemis ; où nous puissions cacher notre faiblesse, après avoir vu les rois les plus puissants solliciter la faveur de notre alliance?

Hésitez-vous encore, seigneurs, entre Venise et Candie? Faut-il vous dire que cette fuite honteuse est plus difficile qu'une glorieuse résistance? La flotte ennemie ferme les lagunes ; nous sommes entourés de toutes parts. Est-ce donc avec quelques vaisseaux à peine échappés aux désastres de Pola, que nous traverserons l'escadre ennemie? Ou monterons-nous sur nos gondoles pour livrer bataille? Supplions donc alors les Génois de nous permettre la fuite : mais il faudra leur demander encore des navires pour transporter tout le peuple de Venise? car personne ici, sans doute, n'a pensé à charger les vaisseaux de ses trésors et de sa famille pour fuir, tandis que le peuple restera abandonné à la fureur des Génois. Le peuple, qui a partagé nos privations,

Digitized by Google

et combattu sous nos ordres ; le peuple, qui a souffert plus que nous, a bien le droit de partager notre fortune.

Le sort de la république, seigneurs, est encore entre vos mains : nous trouverons notre salut dans le courage, la honte dans la fuite ; nous pouvons sauver Venise autrement qu'en la quittant. Sortons ensemble de ces murs ; descendons à la place de Saint-Marc, faisons un dernier appel au courage du peuple. Il ne refusera point de combattre pour la patrie, quand il verra les nobles prêts à marcher dans ses rangs. L'arsenal n'est pas épuisé ; distribuons aux citoyens ces armes reservées pour le péril ; tous ensemble, peuple et nobles, nous irons à l'ennemi ; il craindra peut-être notre désespoir, ou le courage ne sera pas toujours malheureux ; et, dussions-nous périr, mieux vaut succomber glorieusement sous les murs de notre patrie que d'être ensevelis fugitifs dans les flots de la Méditerranée. Tout, excepté la fuite.

Regardez autour de vous : demandez conseil à vos ancêtres, dont vous voyez les statues et les portraits ; demandez à ces trophées comment combattaient vos pères. Membres des illustres familles du Livre d'or, interrogez les héros de votre sang : ils vous diront mieux que moi ce qu'exigent aujourd'hui la gloire, la liberté de votre patrie, votre propre honneur. Pour moi, je n'ai pas vécu jusqu'à soixante-dix-neuf ans, pour aller mourir sur une terre étrangère. Si vous abandonnez votre doge, il restera seul ici pour attendre les soldats de Gènes. Je périrai avec ma patrie, heureux de verser encore une fois mon sang pour elle. J'aime mieux mourir à Venise que régner à Candie !

É. Fourchy,
Élève du Collége Rollin.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Il s'est réncontré bien rarement, je l'avoue, une situation plus critique et plus décourageante que la nôtre. Les ennemis ont dispersé les troupes qui devaient garder notre territoire, détruit presque entièrement la flotte qui défendait les approches

Digitized by Google

de nos lagunes : nos possessions sur la terre ferme sont en leur pouvoir, leurs navires mouillent presque dans notre ville; il ne nous reste ni assez de soldats pour couvrir nos remparts, ni même assez de vivres pour faire subsister le peuple; et c'est avec des hommes abattus par tant de désastres, tourmentés par la famine, qu'il nous faut résister à des ennemis nombreux, que le succès a remplis de confiance, que le souvenir de notre grandeur passée irrite, et qui ont juré notre ruine! Voilà notre position : elle est triste sans doute, mais la croyez-vous au-dessus du courage de nobles Vénitiens? Une année de revers a-t-elle pu anéantir toutes nos ressources? Parce que nous avons été battus une fois, faut-il désespérer de l'avenir?

D'ailleurs que vous propose-t-on? de transporter à Candie le siége du gouvernement? On a refusé autrefois de le transporter à Constantinople, lorsque l'illustre Dandolo, pour punir un tyran détesté, prit cette ville superbe avec le secours des croisés français, et qu'un chevalier vénitien planta le premier sur les murs de la ville des Comnènes la bannière de Saint-Marc. Alors du moins c'auraient été des vainqueurs choisissant leur conquête pour patrie : mais aujourd'hui ce seraient des fugitifs et des vaincus, honteusement chassés d'une patrie qu'ils n'ont pas pu défendre.

Et quelle est cette patrie, grand Dieu! c'est la reine de l'Adriatique, c'est cette Venise qui, sortie tout à coup de la fange d'un marais avec ses édifices d'or et de marbre, verse au sein de l'Europe les trésors qu'elle va chercher à travers les peuples les plus barbares, jusqu'aux dernières extrémités du monde! Vous voulez transporter à Candie le siége du gouvernement! Y transporterez-vous aussi tant de nobles souvenirs, tant de glorieuses traditions? C'est ici que nos ancêtres, trompant la rage aveugle de celui qui s'intitulait le fléau de Dieu, ont trouvé un refuge : c'est ici que fut élu le premier doge, ce héros qui fonda la grandeur de Venise : c'est ici, dans ce palais même, que nos grands capitaines revenaient, après chaque campagne, recevoir de vos mains la récompense de leurs victoires. Ah! si du sein de la mort où ils sont ensevelis, leurs ombres victorieuses vous apparaissaient, et s'ils vous disaient : « Indignes enfants de

Digitized by Google

« Venise, il faut mourir pour la patrie, et vous délibérez! Il « faut la sauver, et vous l'abandonnez! » Oseriez-vous leur répondre que les ennemis sont à nos portes, quand il en est parmi eux qui ont chassé de ce palais les Barbares de la Dalmatie? Quoi! le Génois superbe, et le Madgyare farouche, se pareraient de nos dépouilles, ils habiteraient les palais des Dandolo et des Gradenigo! ils insulteraient à leurs images, renverseraient leurs cendres! Vénitiens, tous ces outrages retomberaient sur nous, qui n'aurions pas eu le courage de défendre les monuments de nos gloires nationales; sur nous qui, par une indigne faiblesse, aurions livré notre patrie aux fers de l'étranger! Mais vous ne le ferez pas, Vénitiens; c'est ici que vous vivrez libres, ou que vous mourrez du moins, si vous ne pouvez l'être.

Et pourquoi fuirions-nous, en effet? les ennemis sont trop près de Venise, et ils sont trop nombreux pour que nous puissions les chasser! Mais Venise était aussi voisine des Génois, quand ces turbulents républicains sentirent le poids de sa colère; elle était voisine de Padoue, quand le farouche Eccelino fut accablé par ses armes victorieuses. Par quels avantages d'ailleurs Candie mérite-t-elle donc de devenir le siége de notre empire? On nous vante la commodité de ses ports. En est-il un seul qui soit comparable au nôtre? Sa position est inexpugnable. Y trouverez-vous un abri plus sûr que dans ces lagunes, disposées par la main de la Providence comme une barrière que nos ennemis ne franchiront jamais impunément? Souvenez-vous de cette guerre mémorable où Venise, seule contre l'immense empire de Charlemagne, écrasa la flotte du roi d'Italie, et força le souverain de tout l'Occident à demander la paix! Ce n'était pas alors une ligue hétérogène de deux ou trois petits Etats; c'était la belliqueuse nation des Franks, c'étaient tous les peuples rassemblés depuis l'Ebre jusqu'à la Baltique par la main puissante du vainqueur des Saxons, qui se jetaient sur Venise à peine encore sortie du berceau; et pourtant les lagunes ont sauvé nos pères! Maintenant même, pourquoi cette flotte victorieuse se contenterait-elle de fermer l'entrée du port, et ne pénétrerait-elle pas jusque dans nos murailles, si elle ne craignait de se perdre au milieu de ces milliers de canaux où le nombre et l'audace sont également inu-

Digitized by Google

tiles? Les lagunes suffisent pour défendre Venise : vous voulez les abandonner !

Et cette merveilleuse position qui nous a donné, qui nous donnera toujours, malgré la jalousie de nos voisins, l'empire de la mer Adriatique, en retrouverez-vous une pareille à Candie? L'Archipel deviendra sans doute la mer de Venise, votre doge en prendra possession par l'anneau, et les Osmanlis, campés déjà devant Constantinople, lorsqu'ils auront asservi la Grèce, ne vous y attaqueront pas !

Que sera-ce donc si les confédérés vous poursuivent? et ils vous poursuivront : car ce serait bien mal connaître les Génois que d'espérer qu'ils vous laisseront fonder un second empire maritime en face de leurs comptoirs de Galata et de Caffa. Que sera-ce s'ils vous attaquent au moment où vous commencerez à peine à vous établir dans votre nouvelle patrie? Il faudra fuir encore, fuir toujours; il faudra porter de contrées en contrées votre fortune errante, ou chercher dans une résistance devenue inutile la fin de tant de maux. Mais si nous devons succomber, ne vaut-il donc pas mieux succomber ici avec honneur, que de périr honteusement loin de notre patrie?

Mais je veux bien croire qu'ils vous trouveront assez humiliés pour ne pas vous poursuivre, si vous quittez Venise; j'admets qu'ils se contenteront de vous enlever la domination de l'Adriatique; pourriez-vous fuir, quand même vous auriez ce triste courage! Voyez ces vaisseaux qui ferment toutes les issues de nos lagunes, voyez avec quelle haineuse vigilance ils vous observent. Comment d'ailleurs transporterez-vous tout ce peuple éploré dont les cris retentissent jusques à nos oreilles, ce peuple que la faim égare, et que l'amour de la patrie contient à peine dans le devoir et dans l'obéissance? Oserez-vous l'abandonner, parce qu'il gênerait votre fuite? Mais alors c'est une désertion, une infâme désertion que vous nous proposez ! Si vous croyez forcer le cercle d'ennemis qui nous entourent de toutes parts, vous regardez donc la victoire comme possible? Ainsi vous espérez vaincre, s'il faut trahir vos concitoyens; vous en désespérez, s'il faut les sauver.

Vénitiens, je suis d'avis qu'on se défende jusqu'à la dernière

Digitized by Google

extrémité, et qu'on prenne les mesures les plus vigoureuses pour chasser les ennemis. Que le peuple coure aux armes! qu'il échappe à la famine par la victoire! C'est-là le seul parti digne de Venise!

Vos seigneuries jugeront s'il vaut mieux abandonner une ville qui, depuis des siècles, est le siége de notre empire et le centre de notre commerce, que de la délivrer de ses ennemis par une résistance énergique, ou de périr du moins avec gloire. Pour moi qui, depuis soixante ans, l'ai servie avec honneur de mon bras et de mes conseils, je ne l'abandonnerai pas : je mourrai avec elle si je ne puis la sauver, et je verrai encore, à mon dernier soupir, ces murs qui plus d'une fois ont été les témoins de mes triomphes. Ma mort ne sera pas, je l'espère, moins glorieuse que mes victoires.

E. Brochard,
Élève du Collége royal de Charlemagne,
Institution Favard.

RHÉTORIQUE. — VERS LATINS.

PREMIER PRIX. (VÉTÉRANS).

Viator ad insulam.

Salve, salve iterum, tantis celeberrima fatis
Insula!... Tantorum, salve, cinerum hospita vallis,
Vallis ubi nuper vir formidabilis orbi,
Orbe procul, tumuli secreta in pace jacebat!
Haud indigna quidem commisso funere tellus!
Te nempe ira maris, magno stridente tumultu
Undarum, evomuit tumidum super æquor, et altos
Sulphuris eructans sævo cum murmure tractus,
Partum improvisum, cingentibus undique saxis,
Edidit horrentem, plus quam mortale sepulcrum!

Tu certe, tu nata viro : tibi debitus ille;
Namque eadem fortuna, idem fuit ortus, et idem
Finis erit genitis simul in consortia fati.
Jam vos æthereas quondam ejectavit in auras
Ignea vis, fluctus inter rabiemque sonantem
Æquoris, et longo pariter cum murmure terræ;

Digitized by Google

Utque per attonitum assurgens procul insula pontum
In mediis dominaris aquis, sic illius olim
Inclyta fama viri vivacia sæcula vincet,
Altius emergens, nec jam mortalis, et usque,
Usque infinito princeps dominabitur ævo.

Magnificum infernis veluti surrexit ab umbris
Sidus, et immensis complectens ignibus orbem,
Omne datum percurrit iter : mox, lumine fesso,
Decidit occiduas moriens, sol alter, in undas,
Et, cursu emenso, flamma languente quievit.
At non fulminei medium trans æthera tractus,
Non radii ingentes, totum diffusa per orbem
Lumina, non ignes, exstincto sole, peribunt :
Dum latuit sidus, splendet lux ipsa superstes.

Ut primum apparent albentia culmina montis,
Atque optata procul tumidis se tollit ab undis
Insula, plena viri, magnorum plena dolorum,
Ex Oriente redux tacitis obtutibus hæret,
Stans celsa in puppi, mœstus, sine voce, viator :
Obstupet, atque oculis lacrymas effundit, et una
Adspectans longum, fugientem interrogat oram,
Et decrescentes longinqua per æquora colles.

Felix o tellus, cui tantum credidit olim
Depositum fortuna virum, quæ maxima parvo
Ossa sinu complexa, jacet procul insula ponti !
O longos hominis nunquam tacitura dolores,
Tu quoque per clarum hospitium cineresque receptos
Immortalis eris, per grandia funera vives !
Ac, si forte avidis undarum morsibus oræ
Deciderint, lateatque iterum sub gurgite vasto
Insula, præda maris; nautæ si quando per æquor
Absentem attoniti doleant, frustraque requirant,
Tunc vacuam e cœlo signabunt sidera sedem,
Et veteres Helenæ scopulos lapidemque sepulcri,
Et valles quibus iste fuit ! non signa locorum
Nuntia, nec priscæ deerunt vestigia laudis.

Digitized by Google

Nunc, tellus infausta, vale, fidissima tellus,
Quæ tantos nobis cineres, quæ corpora nobis
Inviolata viri, patrio condenda sepulcro,
Servasti in dulces optati fluminis oras.
Ecce ad nos rediit, non jam tuus : at tua semper
Gloria servati, non inficianda, manebit.
Ne tamen hospitii raptos illustris honores,
Insula, ne doleas ! nunc nostrum est corpus, at umbra
(Dulce quoque hospitium !) notis errabit in oris,
Et lentas salices et rivum, ut nuper, amabit,
Et lauros tumulo impositas, et vota piorum !

Hoc famæ satis est, Helene; te nempe viator
Non minus adspiciet ponto defixus ab alto,
Ingentemque viri procul admirabitur umbram !

C. H. Lavollée,
Élève interne du Collége royal de Saint-Louis.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Viator ad Insulam.

Salve, salve iterum tu flebilis insula ! salve
O littus, lugens vallis, quam semper acerbam,
Semper honoratam, monumentum insigne doloris,
Æternæ simul et laudis gens gallica habebit !
Hic, victrix subitis aquila intercepta procellis,
Demisit, rursus non surrectura, volatum,
Et lente obstrictis captiva elanguit alis.
O salve, tellus, licet anglica ! grande sepulcrum
Semidei ingentis, totus quem expalluit orbis
Bella intentantem, quem conjuratus in unum
Arce potestatis victum dejecit ab alta,
Et procul externis moriturum affixit in oris,
Posset ut Europe jam tuta quiescere tandem.
Hic solus jacuit; vulgo procul umbra remota,
Visa etiam servare gradum post fata priorem.

Digitized by Google

περὶ Σικελίαν Ἀθηναίοις ξυνενεχθέντα, εἰ καὶ τῶν πρότερον μέγιστα ἐγένετο, καὶ πλήθει τῶν ἀπολομένων οὐ μείονα τὴν ξυμφορὰν τῇ πόλει ἤνεγκεν, ἀλλὰ τῷ τε πόῤῥω ἀπὸ τῆς οἰκείας διαφθαρῆναι αὐτοῖς τὸν στρατὸν, καὶ τὸν πολὺν ξυμμαχικὸν, μᾶλλον ἢ οἰκεῖον ὄντα, καὶ τῷ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλειφθῆναι, ὡς καὶ ὕστερον ἐπὶ πολὺ τῷ πολέμῳ ἀντισχεῖν, οὔτε αὐτοῖς τοῖς παθοῦσιν ἴσην τὴν αἴσθησιν τῆς ξυμφορᾶς προσέθηκεν, οὔτε τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τὴν ἐπὶ τῷ παθεῖν ἔκπληξιν ὁμοίαν παρέσχε. Θηβαίοις δὲ τὰ τῆς ἀποστάσεως ὀξέα, καὶ ξὺν οὐδενὶ λογισμῷ γενόμενα, καὶ ἡ ἅλωσις δι' ὀλίγου τε καὶ οὐ ξὺν πόνῳ τῶν ἐλόντων ξυνενεχθεῖσα, καὶ ὁ φόνος πολὺς, οἷα δὴ ἐξ ὁμοφύλων τε καὶ παλαιὰς ἀπεχθείας ἐπεξιόντων, καὶ ὁ τῆς πόλεως ἀνδραποδισμὸς οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος εἰς μῆνιν τὴν ἀπὸ τοῦ Θείου ἀνηνέχθη, ὡς τῆς ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ προδοσίας Ἑλλήνων διὰ μακροῦ ταύτην δίκην ἐκτίσαντας Θηβαίους, καὶ τῆς Πλαταιέων ἐν ταῖς σπονδαῖς καταλήψεως, καὶ τοῦ παντελοῦς ἀνδραποδισμοῦ τῆς πόλεως, καὶ τῆς τῶν παραδόντων σφᾶς Λακεδαιμονίοις οὐχ Ἑλληνικῆς γενομένης διὰ Θηβαίους σφαγῆς, καὶ τοῦ χωρίου τῆς ἐρημώσεως, ἐν ὅτῳ οἱ Ἕλληνες παραταξάμενοι Μήδοις ἀπώσαντο τῆς Ἑλλάδος τὸν κίνδυνον· καὶ ὅτι Ἀθηναίους αὐτοὶ τῇ ψήφῳ ἀπώλλυον, ὅτε ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πόλεως γνώμη προὐτέθη ἐν τοῖς Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις. Ἐπεὶ καὶ πρὸ τῆς ξυμφορᾶς πολλὰ ἀπὸ τοῦ Θείου ἐπισημῆναι ἐλέγετο, ἃ δὴ ἐν μὲν τῷ παραυτίκα ἠμελήθη· ὕστερον δὲ ἡ μνήμη αὐτὰ ἐς λογισμὸν τοῦ ἐκ πάλαι ἐπὶ τοῖς ξυνενεχθεῖσι προσημανθῆναι ἀνήνεγκε.

ARRIEN, *Anab.*, lib. I, c. 9.

TRADUCTION LATINE.

De Thebarum excidio.

Clades ista Græca, quum magnitudine urbis captæ, tum celeritate rei, quodque adeo præter opinionem tam eorum qui ea affecti essent, quam qui affecissent, accidisset, non minus alios Græcos, quam eos qui ejus seditionis participes fuerant, perculsos tenuit. Namque Atheniensium clades apud Siciliam accepta, tametsi inter-

Digitized by Google

fectorum numero non minorem calamitatem urbi attulit; tamen, quoniam procul a domo exercitus perierat, isque potius ex auxiliaribus quam domesticis copiis conscriptus fuerat; quodque urbs illis salva relicta esset; neque ipsis tantum calamitatis sensum inflixit, neque reliquis Græcis parem cladis admirationem consternationemque incussit. At Thebanorum repentina atque inconsiderata defectio, ejusque adeo brevis et facilis expugnatio, strages etiam multa, utpote a tribulibus, et quidem iis veteres inimicitias persequentibus, edita, totius denique urbis direptio, haud immerito ad divini numinis iram referebatur, nimirum de Thebanis, quod Medico bello Græcos prodidissent, tandem pœnas exigentis: quod Platæenses violatis induciis oppressissent, urbemque eorum penitus diripuissent: quod eos qui se Lacedæmoniis dedissent, præter Græcorum morem trucidassent: quodque eam urbem vastassent, ex qua Græci, in Medos aciem instruentes, periculum totius Græciæ cervicibus avertissent: quodque Athenienses suo etiam suffragio perdidissent, quum inter Lacedæmoniorum confœderatos de diripienda urbe consultaretur. Porro ante illam urbis calamitatem, multis prodigiis divinitus editis monitos eos fuisse ferunt, quæ quidem tum temporis negligebantur: postea memoria repetita in eam cogitationem venerunt, illa quæ evenissent, iis prodigiis significata fuisse.

SECONDE.

THÈME GREC *.

L'idée du plus parfait désintéressement régnait dans la politique de tous les anciens législateurs. Il fallait préférer à soi les lois, la patrie, parce que la justice le voulait, et qu'on devait préférer à soi-même ce qui est appelé le beau, le bon, le juste, le parfait. C'est cet ordre auquel on croyait devoir rapporter tout, et soi-même autant que tout le reste. Il ne s'agissait pas de se rendre heureux, en se conformant à cet ordre : il fallait, au contraire, pour l'amour de cet ordre,

* Premier prix. Piot (Victor-Pierre-Charles), né, le 13 août 1825, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Leune (Pierre-Michel-Edmond), né, le 11 novembre 1825, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

se dévouer, périr, et ne se laisser aucune ressource. C'est ainsi que Socrate, dans le *Criton* de Platon, aime mieux mourir que s'enfuir, de peur de désobéir aux lois qui le retiennent en prison : c'est ainsi que le même Socrate, dans le dialogue intitulé *Gorgias*, dépeint un homme qui s'accuse lui-même et qui se dévoue à la mort, plutôt que d'éluder par son silence les lois rigoureuses et l'autorité des magistrats. Tous les philosophes qui ont raisonné sur les lois supposent comme un principe fondamental de la société, qu'il faut préférer le public à soi, non par espérance de quelque intérêt, mais par le seul amour désintéressé de l'ordre, qui est la beauté, la justice et la vertu même.

TROISIÈME.

THÈME LATIN *.

Un caractère remarquable des grands personnages de l'antiquité romaine, c'était la réunion dans un même homme des talents les plus divers et quelquefois les plus opposés. Sauf de bien rares exceptions, chez nous autres modernes, on dirait que la force du naturel le plus heureux a besoin de se renfermer dans le travail d'une seule profession, dans la poursuite d'une seule gloire, et qu'il s'y exerce et s'y consume tout entier. Un Romain était à la fois homme de guerre, jurisconsulte, orateur, et même philosophe. Scipion est soupçonné d'avoir fait des comédies, et Cicéron a commandé des armées. Caton l'Ancien avait été longtemps agriculteur et avocat avant d'être général. Les exemples seraient infinis : mais tous s'expliquent par ce principe, qu'il s'agissait, dans les mœurs romaines, non de préparer un homme pour tel

* Premier prix. Lisle (Jacques-Alaric), né, le 17 janvier 1826, à Xaintrailles (Lot-et-Garonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. De Laubadère (Alexandre-Antoine-Maxime), né, le 21 décembre 1825, à Eauze (Gers), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

ou tel emploi, mais de l'élever pour son pays, et dès lors de développer en lui toutes les qualités, tous les talents que son pays lui demanderait un jour. C'est par là qu'à Rome l'éducation du citoyen était si variée et si féconde : elle le formait pour les camps et pour la tribune, pour les affaires et pour l'étude : non que le plan de cette éducation fût méthodique et savamment lié ; tout venait par la tradition. Le jeune homme de quelque espérance, dès qu'il avait appris les éléments des lettres, entrait sous le patronage de quelque grand citoyen, le suivait au forum, au prétoire, recueillait ses discours et ses décisions, assistait à ses entretiens, se pénétrait de son expérience, puis l'accompagnait à la tête des légions, ou dans quelque légation étrangère. C'était la vie active même, et le spectacle de la politique romaine qui instruisait incessamment la génération nouvelle à poursuivre avec vigueur l'ouvrage de ses pères. Toutes les forces de l'esprit étaient tendues à la fois ; et ainsi se formaient ces hommes si fermes, si sages, si hardis, et habiles à tant de choses pour la grandeur de leur patrie.

TROISIÈME.

VERSION LATINE *.

Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quominus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo quam sapientiæ tuæ ; sin hæc, quæ ceteri mirantur, contemnenda duxisti, et, quum per valetudinem posses, venire tamen noluisti, utrumque lætor, et sine dolore corporis te fuisse, et animo valuisse, quum ea, quæ sine causa mirantur alii, neglexeris. Omnino, si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi : conjecturam enim facio de meo. Nam pri-

* Premier prix. Lisle (Jacques-Alaric), né, le 17 janvier 1826, à Xaintrailles (Lot-et-Garonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Le Hugeur (Louis-Alfred-Turiaf-Bonaventure), né, le 1er février 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

mum honoris causa in scenam redierant ii, quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar. Deliciæ vero tuæ, noster Æsopus, ejusmodi fuit ut ei desinere per omnes homines liceret. Is jurare quum cœpisset, vox eum defecit in illo loco : « Si sciens fallo. » Quid tibi ego alia narrem? Nosti enim reliquos ludos : qui ne id quidem leporis habuerunt quod solent mediocres ludi. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem : quo quidem apparatu non dubito quin animo æquissimo carueris : quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytemnestra? aut in Equo Trojano craterarum tria millia? aut armatura varia peditatus et equitatus in aliqua pugna? Non puto te græcos aut oscos ludos desiderare, præsertim quum oscos ludos vel in senatu nostro possis spectare; aut athletas, qui gladiatores contempseris. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. Sed quæ potest homini polito esse delectatio, quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur? Quæ tamen, si videnda sunt, sæpe vidisti; neque nos qui hæc spectavimus, quidquam novi vidimus. Hæc ad te pluribus verbis scripsi quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te, quod me quadam epistola subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid hujusmodi scriberem, quominus te prætermisisse ludos pœniteret. Quod si assecutus sum, gaudeo : sin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad ludos venies, nosque vises.

CICER., *Epist. famil.*, lib. VII, 1.

Digitized by Google

TROISIÈME.

VERS LATINS *.

Glans olim inter vepres cecidit, humoque sepulta tenue virgultum, germine resoluto, mox emisit, quod primum hirsutis ludibrio fuit vicinis. Frutex autem humilis sensim crevit in arbusculum, vepribus jam æquale necnon et invidiosum; nam genere et forma præstantius, novumque in dies decus induens, venturum regnum quasi præsumebat. Tandem arbor evasit, sylvæ regina, quæ, ramos protendens, avibus hospitium, pastoribus umbraculum dabat. Omnes illam mirabantur : vepres contra lacessebant, superbam incusantes, et obscuri rudimenti quercum oblitam. At illa : « Quod mihi crescere licuerit, male invidetis. Invidere pœna est, non triumphus; quidquid enim mihi detrahere optatis, vobis non accedit. »

TROISIÈME.

VERSION GRECQUE **.

Ἅμα τὸ λέγειν εὖ καὶ τὸ φρονεῖν παραγενήσεται τοῖς φιλοσόφως καὶ φιλοτίμως πρὸς τοὺς λόγους διακειμένοις· καὶ μὴν οὐδ' ὁ πείθειν τινὰς βουλόμενος ἀμελήσει τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ τούτῳ μάλιστα προσέξει τὸν νοῦν, ὅπως δόξαν ἐπιεικεστάτην λήψεται

* Premier prix. Lisle (Jacques-Alaric), né, le 17 janvier 1826, à Xaintrailles (Lot-et-Garonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Lagoanère (Édouard-François), né, le 6 décembre 1825, à la Corogne (Espagne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

** Premier prix. Lisle (Jacques-Alaric), né, le 17 janvier 1826, à Xaintrailles (Lot-et-Garonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Romilly (Jacques-François), né, le 28 avril 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

παρὰ τοῖς εὖ συμπολιτευομένοις. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε καὶ τοὺς λόγους ἀληθεστέρους δοκοῦντας εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν εὖ διακειμένων λεγομένους, ἢ τοὺς ὑπὸ τῶν διαβεβλημένων, καὶ τὰς πίστεις μεῖζον δυναμένας τὰς ἐκ τοῦ βίου γεγενημένας, ἢ τὰς ὑπὸ τοῦ λόγου πεπορισμένας; Ὥςθ' ὅσῳ ἄν τις ἐῤῥωμενεστέρως ἐπιθυμῇ πείθειν τοὺς ἀκούοντας, τοσούτῳ μᾶλλον ἀσκήσει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι, καὶ παρὰ τοῖς πολίταις εὐδοκιμεῖν· καὶ μηδεὶς ὑμῶν οἰέσθω, τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας γιγνώσκειν ὅσην ἔχει ῥοπὴν εἰς τὸ πείθειν τὸ τοῖς κρίνουσιν ἀρέσκειν, τοὺς δὲ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντας μόνους ἀγνοεῖν τὴν τῆς εὐνοίας δύναμιν· πολὺ γὰρ ἀκριβέστερον τῶν ἄλλων καὶ ταῦτ' ἴσασι, καὶ πρὸς τούτοις, ὅτι τὰ μὲν εἰκότα, καὶ τὰ τεκμήρια καὶ πᾶν τὸ τῶν πίστεων εἶδος τοῦτο μόνον ὠφελεῖ τὸ μέρος, ἐφ' ᾧ ἂν αὐτῶν ἕκαστον τύχῃ ῥηθέν· τὸ δὲ δοκεῖν εἶναι καλὸν κἀγαθὸν οὐ μόνον τὸν λόγον πιστότερον ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὰς πράξεις τοῦ τὴν τοιαύτην δόξαν ἔχοντος ἐντιμοτέρας κατέστησεν· ὑπὲρ οὗ σπουδαστέον ἐστὶ τοῖς εὐφρονοῦσι μᾶλλον, ἢ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Τὸ τοίνυν περὶ πλεονεξίαν, εἰ μέν τις ὑπολαμβάνει τοὺς ἀποστεροῦντας ἢ παραλογιζομένους ἢ κακόν τι ποιοῦντας, πλεονεκτεῖν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· οὐδένες γὰρ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μᾶλλον ἐλαττοῦνται τῶν τοιούτων, οὐδ' ἐν πλείοσιν ἀπορίαις εἰσίν, οὐδ' ἐπονειδιστότερον ζῶσιν, οὐδ' ὅλως ἀθλιώτεροι τυγχάνουσιν ὄντες. Χρὴ δὲ καὶ νῦν πλέον ἔχειν ἡγεῖσθαι, καὶ πλεονεκτήσειν νομίζειν, παρὰ μὲν τῶν θεῶν, τοὺς εὐσεβεστάτους, καὶ τοὺς περὶ τὴν θεραπείαν τὴν ἐκείνων ἐπιμελεστάτους ὄντας, παρὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων, τοὺς ἄριστα πρὸς τούτους μεθ' ὧν ἂν οἰκῶσι καὶ πολιτεύωνται διακειμένους, καὶ τοὺς βελτίστους αὐτοῖς εἶναι δοκοῦντας.

ISOCRATE, περὶ τῆς Ἀντίδοσεως.

Digitized by Google

TRADUCTION LATINE.

Bene loqui simul et bene cogitare iis continget, qui amore et studio eloquentiæ flagrabunt: qui vero persuadere volet, ille virtutis curam non omittet, ac præsertim ad id inducet animum, scilicet ut inter cives suos optimam famam assequatur. Quis enim nescit multo magis veras videri orationes a viris bonis quam a pravis hominibus habitas, et majorem e vita recta quam e verbis fidem oratori accedere? Quo quis igitur vehementius auditores persuadere cupiet, ille bonus probusque omnino fieri, et egregiam de se civibus suis opinionem injicere conabitur. Nemo autem inter vos existimet, quum sciant alii omnes quanti momenti sit ad persuadendum placere judicibus, solos studio philosophiæ deditos ignorare quanta sit vis illa benevolentiæ; hoc nempe multo accuratius quam alii didicerunt, et insuper verisimilia quidem, manifestaque argumenta et quæcumque fidem ad se trahunt, hac una parte valere, qua eorum unumquodque dicenti feliciter obtigit; et si quis bonus probusque videatur, illum non verbis solum majorem fiduciam, sed etiam factis, ob insignem sui famam, gratiam majorem conciliare: quod quidem ante omnia recte sentientibus curæ esse debet. At de præstantia, si quis eos præstare crediderit qui spoliant, aut fallunt, aut mali aliquid admittunt, is non bene judicaverit: nulli enim, in omni vita, magis quam isti deprimuntur, frequentius ope indigent, contemptu afficiuntur, quid multa? miseriorem sortem experiuntur. Credendum est autem, illos nunc superiores esse, et deinceps futuros, diis volentibus, qui maxime pii sunt, et maximam deorum observantiam præ se ferunt; assentientibus quoque hominibus, eos qui maximo in honore inter cives domi versabuntur, et iis maxima virtute præditi videbuntur.

TROISIÈME.

THÈME GREC *.

Plutarque excelle par des détails dans lesquels nous n'osons plus entrer. Il a une grâce inimitable à peindre les grands

* Premier prix. Poyard (Albert-Henri-Constant), né, le 11 mai 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Lacaze (Louis), né, le 20 janvier 1826, à Paris, Élève du Collége Rollin.

Digitized by Google

hommes dans les petites choses ; et il est si heureux dans le choix de ses traits, que souvent un mot, un sourire, un geste lui suffit pour caractériser son héros. Avec un mot plaisant, Annibal rassure son armée effrayée, et la fait marcher en riant à la bataille qui lui livra l'Italie ; Agésilas, à cheval sur un bâton, nous fait aimer le vainqueur du grand roi ; César, traversant un pauvre village et causant avec ses amis, décèle, sans y penser, le fourbe qui disait ne vouloir être que l'égal de Pompée ; Alexandre avale une médecine, et ne dit pas un seul mot ; c'est le plus beau moment de sa vie ; Aristide écrit son propre nom sur une coquille, et justifie ainsi son surnom ; Philopémen, le manteau bas, coupe du bois dans la cuisine de son hôte. Voilà le véritable art de peindre. La physionomie ne se montre pas dans les grands traits, ni le caractère dans les grandes actions ; c'est dans les bagatelles que le naturel se découvre. Les choses publiques sont ou trop communes ou trop apprêtées ; et c'est presque uniquement à celles-ci que la dignité moderne permet à nos auteurs de s'arrêter.

QUATRIÈME.

THÈME LATIN *.

L'étude attentive de la nature contribue à élever les sentiments, à régler la conduite ; elle ramène naturellement à l'admiration, à l'amour, à la reconnaissance, à la soumission que toute âme raisonnable doit à Dieu. Dans le cours régulier de ces globes immenses qui roulent sur nos têtes, l'astronome découvre une puissance infinie ; dans la proportion

* Premier prix. Pierrot-Deseilligny (Nicolas-Alfred), né, le 9 mai 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Taigny (Jacques-Alphonse), né, le 16 avril 1827, à Mont-de-Marsan (Landes), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

exacte de toutes les parties qui composent l'univers, le géomètre aperçoit l'effet d'une intelligence sans bornes; dans la constante uniformité, et la variété étonnante des différents phénomènes de la nature, le physicien admire l'action divine du créateur. De ces réflexions le vrai philosophe, descendant à des conséquences pratiques, rentre en lui-même après avoir vainement cherché dans les objets qui l'environnent ce bonheur parfait après lequel il soupire; et, ne trouvant rien ici bas qui réponde à l'immensité de ses désirs, il sent qu'il est fait pour quelque chose de plus grand que tout ce qui est créé; il se retourne naturellement vers son premier principe et sa dernière fin, heureux, s'il apprend à ne chercher la félicité de son cœur que dans la possession de son Dieu.

QUATRIÈME.

VERSION LATINE*.

Prisci homines solebant moralem disciplinam tradere brevibus acutisque sententiis : nec alia fere apud Spartanos pueris instituendis adhibita est doctrina, quum a teneris, inter assidua bellicæ disciplinæ rudimenta, novi ac jam ferocientes animi ad cultum deorum, pios erga patriam sensus et quascumque fert ætas ea, virtutes, paucis ac gravibus seniorum monitis statim vocarentur. Has autem sententias quæ passim ac nullo auctore percrebuerant, non defuere postea qui, dedita opera, stylo sive etiam carmine notarent : hinc illæ apud Græcos poeticæ sententiæ prodierunt; quo in genere princeps Phocylides multique deinceps. Cur autem sententiarum scriptoribus utilius visum sit brevia quæ diximus

* Premier prix. Cadet-Gassicourt (Ernest-Jules-Charles), né, le 31 octobre 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Guibert (Émile-Victor), né, le 13 novembre 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

decreta figere, quam de morum disciplina, ordine quodam, ac plena oratione disserere, ea statim causa occurrit, quod memoriam adjuvare vellent. Hoc autem discendi modo maxime proficiebat puerilis ætas, imbecilliore judicio, firma promptaque memoria. Quæ quum sententias ore priusquam mente recoleret, accedente rationis luce, patrum sapientia atque experientia fruebatur, docilique pectore insitam inolitamque vivendi regulam altius retinebat. Nec minus erat utilis maturiori ætati illa sententiarum nullo fere nexu concisa et absoluta brevitas : neque enim necesse erat multa perlegentem diutino operi studere, quod infirmis animis sæpe sit tædio, sæpe etiam incommodo, aliis laboribus, pro hujus vitæ conditione, nimis urgentibus. Sententias autem brevi versiculo comprehensas, quovis dato spatio, facile arripias : unamque aut alteram, velut aliquot decerptos ex ornatissimo horto flosculos seligas. Licebit etiam in unaquaque sententia veritatis enitentem, oculorum conjectu, lucem haurire, et quocumque perrexeris, parabilem circumferre sapientiam, hac alere mentem, hunc viæ ducem, hoc ingentibus curis habere solatium.

QUATRIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Περὶ τῆς Αἰγύπτου φύσεως.

Τοὺς μὲν ἄλλους τόπους ὁρῶμεν οὐκ εὐκαίρως, οὐδ' εὐαρμόστως πρὸς τὴν τοῦ σύμπαντος φύσιν εὖ ἔχοντας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ὑπ' ὄμβρων κατακλυζομένους, τοὺς δὲ ὑπὸ καυμάτων διαφθειρομένους, ταύτην δὲ τὴν χώραν ἐν καλλίστῳ μὲν τοῦ κόσμου κειμέ-

* Premier prix. Lenient (Félix-Charles), né, le 4 novembre 1826, à Provins (Seine-et-Marne), Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Guibert (Émile-Victor), né, le 13 novembre 1826, Élève du collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

νην, πλεῖστα δὲ καὶ παντοδαπὰ τἀγαθὰ φέρειν δυναμένην, ἀθανάτῳ δὲ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην, ὃς οὐ μόνον φυλακὴν, ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἱκανὴν αὐτῇ παρέχειν πέφυκεν, ἀνάλωτος μὲν ὢν, καὶ δύσμαχος τοῖς ἐπιβουλεύουσιν, εὐάγωγος δὲ καὶ πρὸς πολλὰ χρήσιμος τοῖς ἐντὸς αὐτοῦ κατοικοῦσι. Πρὸς γὰρ τοῖς προειρημένοις, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν πρὸς τὴν τῆς γῆς ἐργασίαν ἰσόθεον πεποίηκε. Τῶν γὰρ ὄμβρων καὶ τῶν αὐχμῶν τοῖς μὲν ἄλλοις ὁ Ζεὺς ταμίας ἐστὶν, ἐκείνων δὲ ἕκαστος ἀμφοτέρων τούτων αὐτὸς αὑτῷ κύριος καθέστηκεν. Εἰς τοσαύτην δ' ὑπερβολὴν εὐδαιμονίας ἥκουσιν, ὥστε, τῇ μὲν ἀρετῇ καὶ τῇ φύσει τῆς χώρας καὶ τῷ πλήθει τῶν πεδίων, ἤπειρον καρποῦνται, τῇ δὲ τῶν περιόντων διαθέσει, καὶ τῇ τῶν ἐλλειπόντων κομιδῇ διὰ τὴν τοῦ ποταμοῦ δύναμιν, νῆσον οἰκοῦσιν· κύκλῳ γὰρ αὐτὴν περιέχων, καὶ πᾶσαν διαῤῥέων, πολλὴν αὐτοῖς ἐμπορίαν ἀμφοτέρων τούτων πεποίηκεν.

ISOCRATE, *Éloge de Busiris.*

TRADUCTION LATINE.

De Ægypti natura.

Videmus cetera quidem loca non opportune nec convenienter ad universi (*mundi*) naturam posita esse; sed hæc quidem imbribus inundari, illa vero fervoribus corrumpi: hanc autem regionem in pulcherrima quidem orbis parte sitam esse, plurima vero et omnis generis bona ferre posse; immortali autem muro Nilo circumdatam esse, qui non solum præsidium, verum etiam victum sufficientem ipsi ut daret a natura factus erat: inexpugnabilis quidem quum esset et insuperabilis insidiatoribus, ad importationes vero commodus, et plurimis in rebus iis qui intus ipsum habitarent utilis. Nam, præter dicta, potentiam quoque eorum in terræ cultura prope divinam effecit. Nam imbrium et siccitatum, quorum aliis quidem Jupiter dispensator est, illorum unusquisque, utrorumque ipse per se compos factus est. In eam vero felicitatis amplitudinem venerunt, ut præstantia quidem et natura regionis, et amplitudine camporum, continente fruantur: rerum vero quæ ibi sunt exportatione, et quæ desunt importatione, ob fluminis commoditatem, insulam incolant. Nam circumcirca eam flumen ambiens, et totam interfluens, magnam eis utrarumque harum rerum copiam suppeditavit.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

THÈME GREC*.

Voyez cette multitude presque innombrable d'étoiles. La profusion avec laquelle la main de Dieu les a répandues sur son ouvrage fait voir qu'elles ne coûtent rien à sa puissance. Il en a semé les cieux comme un prince magnifique répand l'argent à pleines mains, ou comme il met des pierreries sur un habit. Que ce soient autant de mondes semblables à la terre que nous habitons, je le suppose. Combien doit être puissant et sage celui qui fait des mondes aussi innombrables que les grains de sable qui couvrent le rivage des mers, et qui conduit sans peine, pendant tant de siècles, tous ces mondes errants, comme un berger conduit un troupeau ! Si, au contraire, ce sont seulement des flambeaux allumés pour luire à nos yeux dans ce petit globe qu'on nomme la terre, quelle puissance que rien ne lasse et à qui rien ne coûte! Quelle profusion pour donner à l'homme, dans ce petit coin de l'univers, un spectacle si étonnant !

CINQUIÈME.

THÈME LATIN**.

De quelque pompeux éloge que les philosophes relèvent à l'envi la mort de Caton, ce n'est qu'une faiblesse véritable qui

* Premier prix. Clerc (Camille), né, le 16 décembre 1828, à Graville (Seine-Inférieure), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Hugo (Charles-Victor), né, le 2 novembre 1826, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

** Premier prix. Alaux (Jules-Émile), né, le 11 janvier 1828, à Lavaur (Tarn), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Joly (Étienne), né, le 30 novembre 1828, à Châtillon (Seine), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

l'a porté à cette violence brutale dont ils ont fait le comble de la générosité humaine. C'est ce que Cicéron découvre assez, lorsqu'il dit qu'il fallait que Caton mourût plutôt que de voir le visage du tyran. C'est donc la crainte de voir le visage de César, qui lui a inspiré cette résolution désespérée. Il n'a pu souffrir de se voir soumis à celui qu'il avait tâché de ruiner, ni de le voir triompher de sa vaine résistance. Et ce n'a été que pour chercher, dans la mort, un asile contre ce fantôme de César victorieux, qu'il s'est porté à violer toutes les lois de la nature. Il ne pensait qu'à s'ôter de devant les yeux un objet que sa faiblesse ne pouvait souffrir. Ainsi, au lieu de dire qu'il mit en liberté cet esprit généreux qui méprisait toute la puissance des hommes, il faut dire que, par une faiblesse déplorable, il succomba à un objet que toutes les femmes et tous les enfants de Rome souffrirent sans peine, et que la terreur qu'il en eut fut si violente, qu'elle le porta à sortir de la vie par le plus grand de tous les crimes.

CINQUIÈME.

VERSION LATINE*.

Adolescens sapientioris amici consilia et exempla salubria laudat.

Non ætas, non sors eadem nos fecit amicos;
Par studium in musas sancto nos fœdere junxit.
Illi carus eram, mihi carus et ille vicissim.
Illius in pectus poteram deponere curas
Securus, nudis animamque effundere verbis.
Sæpe mihi medicam, dum me sors ægra teneret,

* Premier prix. Dumas (Charles-Joseph), né, le 16 décembre 1827, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Legrand (Charles-Sainte-Colombe), né, le 11 août 1828, à Elbeuf (Seine-Inférieure), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

Præbuit ille manum; me tempestatibus actum
Eripuit, faciles ostendens denique portus,
Et me multa docens monitis implebat amicis,
Qua possem subitos fortunæ avertere casus.
Me fortunatum, solidos si ducere soles
Sors mea cum tali me permisisset amico!
Nam, licet æquales nos fecerat una voluntas,
Idem animus, tamen hic paulo maturior annis
Me longe exsuperans morum gravitate præibat.
Ille meos primus, facilis dum flectitur ætas,
Optasset monitis, et sub ratione magistra
Frenare indociles juvenili in pectore motus,
Et cohibere animum multa in diversa ruentem.
Si quando frenum excuterem, impatiensque doceri
Jussa recusarem, me liberiore vagari
Ingenio, raperet quo me impetus, ire sinebat.
Pacatis animis, si forte quiesceret ira,
Tum faciles aditus et mollia tempora captans,
Meme incusabat verbis haud asper amicis,
Addebatque minas, dulces fingebat et iras,
Laudabatque meæ interdum bona semina mentis;
Nec non, qua stimulis virtutem accendere posset,
Ingenuos laudabat honesto in pectore sensus.

CINQUIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Ῥωμαίοις τεσσαράκοντα ἔτη πόλεμον ἐγκρατῶς ἐπολέμησεν ὁ Μιθριδάτης· ἐν ᾧ Βιθυνίας ἐκράτησε πολλάκις καὶ Καππαδοκίας· Ἀσίαν τε ἐπέδραμε, καὶ Φρυγίαν καὶ Παφλαγονίαν καὶ

* Premier prix. Dommartin (Firmin), né, le 24 janvier 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. —Deuxième prix. Lamm (Auguste), né, le 13 juillet 1828, à Metz (Moselle), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

Γαλατίαν καὶ Μακεδόνας· ἔς τε τὴν Ἑλλάδα ἐμβαλὼν, πολλὰ καὶ μεγάλα ἔδρασε, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπὸ Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ἦρξε· μέχρι Σύλλας αὐτὸν αὖθις ἐς τὴν πατρῴαν ἀρχὴν συνέκλεισεν, ἐκκαίδεκα στρατοῦ μυριάδας ἀποβαλόντα. Καὶ τοσῷδε πταίσματι συμπεσὼν, ὅμως ἀνεκίνησε τὸν πόλεμον εὐμαρῶς. Οὐδεμίαν γέ τοι κατὰ Ῥωμαίων ὁδὸν ἐς ἐπιχείρησιν, οὐδ' ἡττώμενος, παρέλιπε. Τρωθεὶς δὲ τὸ σῶμα πολλάκις ὑπὸ πολεμίων, καὶ ἑτέρων κατ' ἐπιβουλὰς, οὐκ ἀπέστη τινὸς οὐδὲ ὡς, καίπερ ὢν πρεσβύτης. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἐπιβουλῶν τις αὐτὸν ἔλαθεν, οὐδὲ ἡ τελευταία· ἀλλ' ἑκὼν ταύτην ὑπεριδὼν, ἀπώλετο δι' αὐτήν. Φονικὸς δὲ καὶ ὠμὸς ἐς πάντας ἦν, καὶ τὴν μητέρα ἔκτεινε, καὶ τὸν ἀδελφὸν, καὶ τῶν παιδῶν τρεῖς υἱοὺς καὶ τρεῖς θυγατέρας. Τὸ σῶμα δ' ἦν μέγας μὲν, ὡς ὑποδεικνύουσιν ὅσα ὅπλα αὐτὸς ἔπεμψεν ἐς Νέμεάν τε καὶ Δελφούς· εὔρωστος δὲ ὡς μέχρι τέλους ἱππεῦσαί τε καὶ ἀκοντίσαι, καὶ χίλια στάδια τῆς ἡμέρας, περιμενόντων αὐτὸν ἐκ διαστημάτων ἵππων, δραμεῖν. Καὶ παιδείας ἐπεμέλετο Ἑλληνικῆς, διὸ καὶ τῶν ἱερῶν ἤσθετο τῶν Ἑλληνικῶν, καὶ μουσικὴν ἠγάπα.

APPIEN, *De Bell. Mithrid.* lib. II.

TRADUCTION LATINE.

Cum Romanis per quadraginta annos bellum gessit fortiter Mithridates: in quo aliquoties Bithyniam possedit et Cappadociam; incursavit etiam Asiam, Phrygiam, Paphlagoniam, Gallograeciam, Macedoniam, et in Græcia memorabilia facinora edidit. Maris quoque imperium a Cilicia usque Ionium pelagus, tenuit, donec a Sylla intra paterni regni terminos conclusus est, amissis CLX millibus militum. Tanta clade affectus, bellum tamen redintegravit facile. Nihil quidem intentatum contra Romanos, ne victus quidem, reliquit. Vulneratus etiam aliquoties tum ab hostibus, tum ab insidiatoribus, ne sic quidem cessavit, quamvis ætate jam gravis. Ac nullæ eum insidiæ, ne novissimæ quidem, fefellerunt: tum quoque ultro circumventus periit. Erat autem crudelis et sanguinarius, matris fratrisque interfector, et trium filiorum ac filiarum totidem. Erat corpore quidem vasto, ut arma ab ipso Nemeam Delphosque missa indicant, et robusto in tantum,

Digitized by Google

ut ad extremum equitationibus jaculationibusque valuerit, et mille stadia, una die, mutatis equis, confecerit. Eruditus erat Græcis litteris, et ideo peritus sacrorum Græciæ : delectabatur etiam musica.

SIXIÈME.

THÈME LATIN *.

La lecture des bons livres est un entretien avec les hommes les plus sages de tous les siècles, et un entretien où ces hommes n'expriment que leurs meilleures pensées dans les termes les plus justes et les plus choisis. De même que vous seriez jaloux et empressé d'approcher tel esprit supérieur de votre siècle, de le voir, d'écouter ses paroles ; ainsi, jouissez du commerce salutaire et facile que vous offrent ces grands génies des autres âges, dont les pensées sont toutes vives et toutes présentes dans leurs écrits immortels. Vous aimeriez à changer de lieux et de climats, à connaître les mœurs des nations différentes, à étudier l'homme sous divers aspects, à voyager par le monde enfin. Pour un esprit actif et judicieux, la lecture bien dirigée a presque cet avantage : elle vous fait assister au spectacle de la vie humaine dans toutes ses variétés ; elle met sous vos yeux ce qu'il y a de plus élevé dans le domaine de l'intelligence, et ne vous laisse rien ignorer d'instructif et d'utile. N'hésitez donc pas à vous livrer à cette étude : ne craignez pas d'y employer trop de temps ; craignez seulement de ne pas en profiter assez.

* Premier prix. Hello (Ernest-Jules), né, le 4 novembre 1828, à Lorient (Morbihan), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Aquarone (Joseph), né, le 26 février 1830, à Gibraltar, Élève du Collége Rollin.

Digitized by Google

SIXIÈME.

VERSION LATINE *.

Cæsari Augusto, Puteolanum sinum prætervehenti, a nautis et vectoribus coronatis ac thura libantibus olim acclamatum est; per illum se vivere, per illum navigare, per illum libertate et fortunis suis frui. Quibus ille tenuissimorum hominum vocibus, nulli vi aut adulatione expressis, tantopere delectatus est, ut præ iis honorificentissima senatus decreta, devictarum gentium titulos, ipsa tropæa et triumphos suos parvi fecerit. Illæ quippe demùm laudes altissimæ in animum descendunt, quæ veræ et a credentibus dicuntur. Neque ulli certius esse potest diuturni nominis pignus, quam præsens in ipsum omnium amor. Illud vero vel optimis et bene gerendæ rei publicæ studiosissimis principibus non semper et ubique contigerit, inter tot varia hominum judicia, hoc insuper addito, quod, natura humani ingenii, præterita laudemus, præsentibus plerumque invideamus. Itaque Antoninum Pium et Marcum Aurelium querimoniis ac sinistris rumoribus sui insecuti sunt inimici; nec tantorum virorum virtutibus livor et obtrectatio defuere, adeo ut ad conjurationem et vim nefarie susceptam res etiam venerit. Manet tamen horum et ad ultimos posteros commendabitur imperatorum fama; finita mortalitate, in ore gentium et animis vivunt; beatique sæculi memoriam nostri homines grato animo recolunt; nec aliquid superest quod tantis meritis quæsitum decus minuat, quum beneficia in populos a sapientissimis legumque ac pacis amantissimis principibus collata, major in dies veneratio prosequatur, quantumque decrescit invidiæ, spatio temporis, tantum adstruatur laudi.

* Premier prix. Chéron (Paul-Joseph), né, le 6 mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Potrel (Eugène-Adolphe), né, le 25 janvier 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Saint-Louis.

FIN.

Digitized by Google

COPIES
D'ÉLÈVES COURONNÉS.

RHÉTORIQUE. — DISCOURS LATIN.

PREMIER PRIX (VÉTÉRANS). PRIX D'HONNEUR.

Pericles ad Athenienses.

Non hic mihi, Athenienses, suscepti pro republica discriminis primus dies fuit; sæpe alias hodiernæ istius invidiæ vim atque impetum, nec improspere, sustinui; sæpe alias vestram hanc in concionem, meam defensionem acturus, processi, nunquam vero pro me securior, de civitate magis sollicitus, qui certe augurer, utcunque casura res sit, parem laudem mihi redundaturam, nescio an majorem etiam occumbenti; imo, nisi reipublicæ decus societate quadam meæ causæ connexum esse viderem, et indignum fore, unde civibus egregie de me meritis invidia accederet, hinc mihi me claritudinem recipere, nullum hodie supplicium, nullum piaculum deprecarer; me ultro inimicorum vindictæ offerrem, me vinci indefensum, de me satis fieri libens sinerem.

Audite igitur, Athenienses, hæc crimina confitentem, in medium proferentem; longe abest ut aliquid negem; omnia erumpant, omnia illustrentur. Dixit iste me a vobis et ceteris Græciæ civitatibus plurima talenta accepisse; accepi, Athenienses; dixit hæc omnia a me absumpta esse; absumpsi.

At hæc conqueruntur socii; harum pecuniarum rationem repetunt. Quam ob causam nimirum hæc talenta contulere vobisque crediderunt, nisi ut a barbarorum impetu Græcia defenderetur? Non Græcia tuta et libera conquiescit? Est periculum scilicet ne nostris in fretis barbaricæ classes conspiciantur, iterumque in nos cooriatur Orientis moles e sedibus suis excita, quum terra marique victi, undique marte atheniensi profligati, non e Græcorum modo sed e suis etiam finibus exturbati, Persæ intra me-

Digitized by Google

diterraneas terras lateant ac trepident, quum nobis obnoxii ac pœne subjecti nullam, ne fœdissimam quidem, pacis conditionem recusent? Græcis solida domi quies ac libertas, parta foris gloria, nostris armis asserta ultio est; quid ultra volunt? quid postulant? Ne publico sumptu Athenæ exornentur.

Illis ergo sociis jam e memoria excidit, hunc esse populum qui privatos publicosque penates, deorum aras, majorum sepulchra sub Xerxis pedibus reliquit; qui nudam vastandamque Persarum prædæ et igni sedem suam objecit, ut integra et incolumia Græciæ oppida starent? Excidit, quod ego bona Græcorum omnium pace aperte dicam, quod et ipsi sponte, creditis nostræ civitati pecuniis, confessi sunt, hanc inter urbes præpollentem et principem esse, et ideo potissimum ab omnibus ornandam, unde omnibus lumen et vis oritur? Vos, Athenienses, paucis ante annis, publica iterum ultione suscepta, solitudinem ac vastitatem in Persarum agros transtulistis, in littus hostile incendium, quo quondam deflagravimus, retorsistis : et hanc egregiam socii gratiam referunt, ut vobis aliquot talenta invideant!

Haud miror equidem civitates quæ, patrum memoria, mœnia pro communi omnium salute diruta relevari indignatæ sunt, nunc ægre pati, quod in majus crescant Athenæ et magnificis ædibus amplificentur; hoc autem miror, virum atheniensem harum querelarum interpretem esse, ne auctorem dicam et concitatorem; audivimus modo senatorem spartanum, legatum Corinthiorum; vir atheniensis, in populi atheniensis concione, diis patriis infesta signa infert; vir atheniensis Græciæ civitates pervagatus est; omnes incriminationes, obtrectationes, suspiciones collegit! Hæc quidem invidia infra majestatem vestram jacet; mihi vero incumbit, omnia in meum unius caput domestica externaque odia profundit.

Tibi igitur, te appello, Thucydides, tibi molesta et gravis est Athenarum gloria; importuna intolerandaque patriæ magnitudo. Te pœnitet nempe, qui singula increpas, quod hac in civitate artes vigent, quod ingenii honos ac præmium adhibetur, et urbs, inaudito deorum favore condita, diis delubra erigit? Te pœnitet si quis advena qui ceteras Græciæ civitates lustraverit, illic virtutem quidem, sed rudem et rusticam disciplinam, alibi cultus

Digitized by Google

venustatem et elegantiam, sed mores imbelles et quasi femineos viderit, ingressus Athenas, hic primum bellicum robur humanitate egregia bene mixtum et compositum, et ludos et theatra, quæ mihi quoque objicis, miretur, ante deorum ædes et simulacra venerabundus et tacito terrore victus hæreat; si exspectationem aspectus vicerit, et quod fando audiverint, præsentes id agnoscant homines, hanc omnium artium receptricem, Græciæ caput, Palladis veram sedem exsistere? Te pœnitet quod hinc socordia exsulat, intenditur industria, quisque publicæ fortunæ pro virili parte manus admovet, et inde privata emolumenta necnon laudem percipit?

Horum me, Thucydides, non pœnitet, nec facies unquam ut pœniteat, et illa decedat opinio me de patria bene meruisse. Horum operum, quorum pars vestro studio et consensui, cives, maxima assignanda est, quoties intersum, recreat aspectus, absentem memoria et cogitatio : non jam, quibus est militaris ætas, iis modo stipendia distribui, sed etiam cuique strenuo et diligenti; non jam tantum in republica versari milites, sed nautas etiam, et omnium generum opifices. Piræum cogitate, Athenienses, quanta celebritate affluat; quis concursus, quis quasi impetus appellentium abeuntiumve! quæ trepidatio! Homines festinantes, occursantes, obversari, barbaricæ patriæque naves; saxa, marmor, æs, ebur devehi; omnes gentes in communem portum publicumque receptaculum confluere videntur. Quæ inter urbis vicos multitudo! Quæ ad templorum moles exstruendas frequentia!

Melius foret profecto, si pecunia illa, quam tam acriter repetunt, seposita obrutaque jaceret, et vana inanisque quasi tabesceret! Melius, si industria et victus populo raperetur; si desides ac lenti cives solida die in agora vel inter suburbanos hortos et porticus peregrinarentur et apricarentur, inter se mulierum ritu altercantes. Juvaret istos patriæ amantissimos cives vacuum et silens Piræum, vel unius aut alterius lembi aspectus! Juvarent religiosissimos homines sacella vilia quædam et sordida, simulacra lignea vel plumbea rudi artificio et agrestibus manibus pro drachmis aliquot inchoata! Illa sane civitatis forma videretur!

Digitized by Google

Illa populi atheniensis pulchritudo! Illa urbs dives et opulenta foret! Hæc nostra egena, perdita, desperata!

Publicam utilitatem et magnitudinem amolior. Nihilne istorum animos religio movet? Nihil templorum majestas? Nihil vester venerabilis conspectus fanorum limina obsidentium, deos justis honoribus prosequentium? Nulla apud illos vis est illa, quæ semper in barbaros etiam plurimum valuit? Sunt quidem, Athenienses, sunt homines qui, quum sacrum deorum os subeunt, ante illas augustas effigies, inter vestrarum pomparum frequentiam, id unum meditantur, quanta sit hujus eboris marmorisve moles, quanti hæ constiterint statuæ; qui religionem ad calculos exigunt, et diis immortalibus sumptus cerimoniarum pæne exprobrare sustinent, pii inter impios, Persæ vere inter Græcos homines! Sunt vero, et plures esse gaudeo, qui eadem ante simulacra pietate acriori incenduntur, qui intus sese recolligentes, et taciti augustiorem marmorea formam mentis oculis conspiciunt, qui jam vivere ebur, jam deam moveri, preces audire, pio et laudando errore sibi fingunt, et deorum colloquio vere fruuntur. Ego certe, Athenienses, nunquam ad statuas deorum, præsertim ad sacrosancta hujus Minervæ penetralia accessi, quin novum et plus quam humanum robur animus conciperet, quin validior, et ad illas, quas mihi commisistis partes, sustinendas aptior exsisterem. Sed hæc apud vos supervacanea oratio est, Athenienses; memini quis conventus vester, quod gaudium, quæ alacritas fuerit illa die, qua informata et quasi creata suæ civitatis oculis Pallas apparuit, quibus omnium laudibus celebrata, quibus honoribus fuerit culta! Sensistis nempe, id quod est, his parietibus vim virtutemque arcanam inesse, hanc vobis præsidem et auspicem deam, hoc hujus præsidis verum esse sacrarium, sub cujus umbra Athenæ laterent et tegerentur! Sensistis theatrum illud, quod vocatur Odeon, insigne paternæ et vestræ laudis tropæum æternumque fore monimentum, cujus forma, acuminato culmine Xerxis tabernaculum referret, unde, virtute vestra compulsus, fugitivus ac trepidans, in aliquam cymbam se proripuit.

Hæc tu non sentis, Thucydides! Me tui miseret, cui mise-

Digitized by Google

ricordia debetur nulla. Si, quod jactas, tam impense publicis rebus consulis, quin potius aliam invidiam, egregias tibi mecum æmulationes proponis, ut mecum de publica magnitudine certamen suscipias, nedum, ut ego quoque concidam, civitatis fortunam perditum eas. Resipisce; age, Thucydides, invise statuam illam Palladis, hanc in consilio adhibe : si vero visus ille nihil nisi ad confirmandam audaciam valet; si, quum oculos illos, ut hostibus terribiles tremendosque, ita amicis faventes et benignos, hanc bellicam ferocitatem egregia venustate temperatam, hanc divinam toti corpori diffusam majestatem conspexeris, id inclamare audes, id saxum esse inanimum, inane et nugatorium artificium, tractam vexatamque fuisse reipublicæ pecuniam, hoc ego inclamabo : te non modo bonarum artium sed religionum hostem esse, te perditorem eversoremque pietatis, te profanum, te impium, te sacrilegum in jus vocabo, huc rapiam!

Vos quoque, Athenienses, deam vestram invisite; e deæ congressu dignos tanta civitate spiritus capite, et posthac decernetis. Si de patria vestraque pietate (quod omen di avertant) desciscere placeat, et in privatarum inimicitiarum, quod nullo nostro merito faciatis, communionem venire, in me unum omnium harum rerum auctorem sævite; me unum ad pœnas et piacula vocate; favete huic singulari et pæne divino artifici, qui Jovem olympiacum et atticam Minervam effinxit, et nunc una petitur et incusatur; me unum Thucydidis vindictæ tradite, modo ne sacram quoque deæ imaginem, in quam tam invidiose invehitur, tantæ illius impietati tradatis; illam impollutam intemeratamque servate! Ego vobis privatas opes offero; facultates meas absumite, quæ deam a sacrilegis manibus vindicent, vos a deæ ultione! Hoc unum oro, per vestræ prioris in me benignitatis memoriam, hoc solatii date, ut statuæ nomen inscribatur : « A Pericle Pallada, repugnantibus « Athenis, erectam, a Pericle redemptam et conservatam! »

P. A. Grenier,

Élève du Collége royal de Charlemagne.

Classe de MM. Régnier et Berger. — Institution Jauffret.

Digitized by Google

DEUXIÈME PRIX (VÉTÉRANS).

Pericles ad Athenienses.

Si scelus est, Athenienses, magnam pecuniæ vim tum e publico urbis, tum e communi totius Græciæ ærario in ornandas Athenas deprompsisse et erogasse, habetis confitentem reum. Hoc enim mihi destinatum fuisse fateor (nec in hujusce urbis ac tot monumentorum conspectu id negare liceat), ut, quæ armis Græciæ imperium exercebat, eadem urbs Græciam amplitudine sua et ingenii artibus superaret : ita et sociis civitatibus placitum ratus ut quam ipsæ, ingruentibus Persis, arcem libertatis olim delegerant, eamdem, refusa in Orientem Persarum colluvie, artium liberalium sedem et domicilium haberent. Primo scilicet adventantium Barbarorum nuntio, missa Athenas Delphosque a sociis civitatibus, ut quæque opibus abundabat, auri talenta argentique, et Atheniensium fidei commissa unius civitatis ornamento impendere, si etiam nunc immineret iste Persarum tumultus, turpe quidem foret : sed fugere jampridem Persæ post acceptas apud Marathona, Platæas, Salaminaque clades, fugere non bellum continuo renovaturi : neque ego, pulsis hostibus, hanc pecuniam persico bello addictam, quam in alium quemlibet usum detorquere nefas, si in deorum honorem et reverentiam adhiberemus, impietatis fore existimabam ; neque arrogantiæ, si princeps omnium in deorum suppliciis hæc civitas foret, quæ dux tuendæ libertatis exstitisset. Imo, si quando diis immortalibus consecranda sunt monumenta, nunc præcipue ædificanda credideram ; si qua in civitate, in hac præsertim quæ, combustis mœnibus templisque, inter omnium desperationem, sola deorum numini confisa, in bona spe permansisset.

At cur ego querar sociis civitatibus aliter visum, quum hæc ipsa civitas adeo non tales criminationes refellat, ut contra excipiat et tueatur ; ac, si istæ calumniæ defuerint, ipsa videatur in se delationem confictura? Externas nempe civitates, quanquam sociæ sunt, nostræ laudi, ultra quam credibile erat crescenti, in-

Digitized by Google

vidisse fœdum quidem et a Græciæ communi utilitate alienum, minus tamen mirandum, quum hominis sit supra se positis invidere. Illud autem mihi magno dolori est, quum Athenas ipsas laudis suæ invidas conspicio. Quousque tandem, Athenienses, si quod in vos beneficium contulere dii immortales, hoc corrumpetis; si quid apud vos bene factum est, facti gloriam detrectabitis, quasi in bene agendo dedecus sit? Datos olim veluti divinitus egregios viros, Themistoclem, Aristidem, Miltiademque ipsi ejecistis, et vosmetipsos tali præsidio denudastis : nunc ædificata pro deorum majestate templa indignamini! Indignamini nempe exæquatum statuarum forma, picturarum magnificentia cœleste illud decus, additum novum clarissimæ civitati splendorem, datum universæ Græciæ lumen, redditum diis immortalibus honorem, quo manifestius pateret dignam esse hanc urbem quam homines reginam et dominatricem, dii vero sedem sempiternam sibi deligerent! Indignamini, Athenienses, esse in hac civitate quod vos immortalitati commendet, quod pacatæ genti imbellique pro bellica laude sit, vobis autem militaris virtutis incrementum, ac veluti publicæ felicitatis quædam confirmatio! Tale beneficium ægre toleratis, quasi vero privatorum hominum rebus publica illa magnificentia officeret, et ideo civium vita egena foret miseraque, quod deorum templis ædificiisque dives et opulenta civitas! Verum, cum publicis operibus crescit augescitque in diem hominum industria; et, dum magnificis monumentis urbs amplificatur, omnium studiis et operæ locus est, ita ut nemo iners sit, inopsve, nisi piger; nemo mendicus, nisi satius videtur nihil agendo esurire, quam utilem reipublicæ navare operam et labore suo victum quærere; aut in veteri socordia torpere, quam per novam et inusitatam patribus artem honestum vitæ genus exercere.

Quanquam abest ut patrum instituta criminari velim, et ab antiquo more agendi declinandum arbitrer : longe mihi alia mens est. Sed habenda est, Athenienses, habenda rerum temporumque ratio. Qua enim ætate sola militaris ars in honore habebatur, tum per civium paucitatem, immensam autem Barbarorum multitudinem, vix licuerat homines ætatem degere, ornandæ civitati intentos, quum Persæ flammam ferrumque nutantibus etiam et

Digitized by Google

male firmatis mœnibus intentarent : ante constituenda civitas et Barbarorum metu liberanda quam artium monumentis decoranda. Nunc vero, quum Atheniensium respublica, quod ad Orientem spectat secura, non jam cum Persis de vita sua et salute, sed de Græciæ imperio cum græca civitate dimicationem habeat, cavete, Athenienses, ne rebus vestris male consulatis, neve iisdem artibus existimetis superandam Lacedæmoniorum prudentiam, quibus Persas barbarico more exsultantes fregistis. Nunc igitur fortitudini oportet succurrat aliquid quod animos erigat, nec bello tantum strenuos milites, sed domi alacre et industrium hominum genus efficiat. Quod quidem ego ita nunc hac in civitate esse arbitrabar, quum jam non reipublicæ illi solum stipendiarii sint qui pugnando et rem manu gerendo civitatem adjuvant, quibus denique militaris ætas est; sed omnes quibus agendi aliquid voluntas suppetit et in communem utilitatem pro virili parte enixe laborandi; neque enim in castris tantum et acie de patria bene mereri licet, sed in urbe domique; nec stare et vigere potest per militum virtutem respublica, nisi intus sit quod exhaustas bello vires reficiat et recreet. Circumspicite igitur naves e fidissima Piræi statione, ex ipsa scilicet civitate (quum Piræus per muri longitudinem cum hisce mœnibus connexus adhæreat), immissas in suppositum mare, quæ parium marmor, lesbia saxa, æs corinthiacum, indicum ebur, ebeni, cupressi, pinusque materiem ex Asia mercentur et huc advehant : quas quidem naves, si quando belli maritimi necessitas incidat, ad pugnas instruere non ita difficile erit; nautas vero, qui mercaturam faciendo, ut vitam tolerent, maris consuetudinem habent, ad bellum mari movendum inertes fore rudesque existimatis? Jam illi profecto imbelles et ad arcendos hostes minus prompti, qui tot operum laboribus, tam multiplici artificum curæ manum admoverint, qui pro certo habeant se, dum honeste rem quæsierunt, publicæ magnitudinis quasi in partem venisse! Illi sane minus acres ad depellendam flammam a templis quæ ipsi ædificavere, quum revera unum et idem futurum sit deorum sedem et opus suum defendere!

Næ isti igitur falsi sunt, qui, dum privatis inimicitiis inserviunt, publicam utilitatem in medium afferant; dum invidiæ suæ satisfieri volunt, deorum injuriam odiis suis prætendant. Isti

Digitized by Google

nempe imminutas hominum fortunas mihi objectant; ego aut amplificatas aut certe in omnes cives diffusas respondeo : illi fractam civium virtutem, ego corroboratam : illi abolescentem patriæ caritatem et deorum amorem, ego vero vividiorem acrioremque! Neque enim acceperam ædificatis templis pessum ire pietatem et deorum reverentiam, sed crescere : imo existimabam homines, si quando ad æmulationem divinitatis expressas artificis manu deorum imagines conspicerent, majorem quamdam de diis opinionem habituros. Hac autem in civitate, Athenienses, quocumque oculos circumferatis, de hoc foro, illic ædem Palladis armatæ aspicitis, cujus nemo barbarus aspectum sustineat; quæ nempe, artificis prope divina vi de cœlo accita, hastam dextra gerens, sinistra clypeum, Gorgoneumque caput in hostium terrorem et urbis suæ tutelam protendit. Hanc quisnam animo talem fingere potuisset, nisi divinus homo veluti corporeis oculis deprehensam conspectamque artis miraculo effinxisset? Hic vero, acuminato hujusce theatri fastigio stat adhuc tabernaculum illud expressum ex quo victus profligatusque, amisso exercitu, Xerxes fugerat, ut mare nuper navibus junctum una navicula vix tranaret.

Quod quidem theatrum, quo præsens omnium oculis victoria nostra et regis fuga efficitur, deorum dearumque statuas publicis nummis rependisse, peritissimis hominum pro talibus monumentis pecuniam dedisse, si impii et male animati civis est, in me, Athenienses, animadvertite, sicuti Phidiam nuper, familiarem meum, Anaxagoramque præceptorem damnavistis. Sed hisce verbis sententia pronuntietur, contendo et requiro : « Pericles, « atheniensis, post rem contra Lacedæmonios gestam, ob exor- « natam amplificatamque Atheniensium civitatem, ob ædificata « magno sumptu atque opera deorum immortalium templa, ob « servatam et repræsentatam saxo publicarum rerum memoriam « et Persarum cladem, ebore auroque Palladis majestatem, ob « junctam cum Phidia pictore et Anaxagora philosopho socie- « tatem, ob data præmia artificibus, paratum egentibus victum, « agente Thucydide, Melesiæ filio, atheniense, patria exter- « minatus est. » Quod si vobis ita placet, Athenienses, si Thucydidem me potiorem et reipublicæ utiliorem existimatis, me

Digitized by Google

exsulatum ire jubete : quanquam non æquo animo feram hujusce urbis aspectu et popularium meorum consuetudine carere, tamen paratus sum : et, quoniam mihi crimini fuit res vestras male gessisse, nec publicis pecuniis pepercisse, illud certe non crimen erit, ac grave quidem mihique luctuosum, legibus et Atheniensium sententiæ minus paruisse.

J. B. H. Blain des Cormiers,

Élève du Collége royal de Henri IV.

Classe de MM. Riant et Daveluy. — Institution Hallays-Dabot et Galeron.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Pericles ad Athenienses.

Si una ex iis civitatibus quas persicæ dominationis metus ad vestrum veluti patrocinium confugere adegit, pecunias ad communem salutem adversus Persas asserendam ex omni Græcia collatas, in ornandam urbem nostram erogari questa esset, id mihi quidem minus mirum esse videatur, Athenienses; neque enim unquam fieri posse arbitrabar, ut qui sæpissime in hunc suggestum de maximis rebus decernendis, consilia in medium allaturus ascendissem, hodie criminantibus civibus meis pro amplificata communi patria, causam, non reipublicæ ut solebam, sed meam essem dicturus. At hodie etiam mea causa ita cum vestra conjuncta est, ut neque pœnas dare (quod di avertant), neque salvus esse sine vestrum aut incommodo aut utilitate possim. Quid enim criminis inimici mei attulere! Num sociorum jura tuentur apud vos, qui quidem id unum contendunt se nobis non esse vectigales, voluntaria autem moderatione cum bello gerendo belli quoque subsidia detulisse, qui novum istud Athenarum decus etsi invident, taciti tamen invident? Quid enim justius quam eos qui pacem agunt sub tutela ac veluti sub umbra nostri nominis, subsidium illis pensitare qui rem communem armis tuendam susceperint, rursusque ad decorandam urbem suam et deorum suppliciis et magnificis templorum substructio-

Digitized by Google

nibus, illos præsertim communi pecunia abuti qui bellum barbaricum a publicis cervicibus depulerint?

Quod si ea demum criminatio est, pace pulcherrimis victoriis quæsita, fœderumque religionibus constituta, ad ornamenta pacis illius ea me contulisse quæ belli subsidia erant, et id mihi semper curandum proposuisse ut parta victoria non gloriosa magis quam dives esset, habetis, Athenienses, confitentem reum. Nostrum profecto decus istud et claritudo sit ceteris Græciæ civitatibus antecellere non bellica solum virtute, ac gloria rei militaris, in qua quantum mars communis et alea fortunæ valeant, nemini non pernotuit. Aliud, aliud, inquam, non minori ope atque opera nobis prosequendum est, litterarum nempe studia et pacis artes. Sic enim non fama modo rerum gestarum, sed omni humanitatis ac liberalitatis commendatione nobiles universæ Græciæ principatum Athenis jure vindicabimus. Illis omnem bonam artem in exsilium agere liceat, qui dura quadam et horrida disciplina imbuti, unam sui dignam esse bellicam laudem et prædicant et arbitrantur; nos, Minervæ sacram urbem incolentes, laudem nullam respuere, imo unamquamque appetere debemus, ita ut, omnibus belli pacisque artibus excellentes, in imperium vere nati videamur. Intuemini, quæso, quam prospera fortuna utamur! Immensos scilicet maris tractus navibus nostris indesinenter lustratos, et illas Persarum classes, quas e mœnibus suis majores nostri sæpe cohorruerant, nunc ultra præscriptos fines progredi nequaquam ausas, omnem denique Græciam veluti renatam beneficio vestro ad libertatis lucem. Jam vero missæ in ultima terrarum coloniæ, Atheniensium nomen, mores, sermonemque propagando, aliquam Barbariæ veluti Græciæ oram attexuerunt. Hujus autem magni ceterarum gentium famulatus non aliter asseri poterat diuturnitas, quam si qui armis et opibus plurimum potuissemus, iidem inusitatum nobis ipsi splendorem adsciscceremus, neque vi solum et auctoritate, sed etiam opinione dominaremur. Quod quidem nos esse consecutos demonstrare supervacaneum arbitror. Ex hoc enim foro, Athenienses, ex hoc ipso suggestu, unde meam (si dis placet) insaniam isti incusavere, ea templa conspicere est quæ Athenis non utilitatem modo in præsens, sed decus in futurum asserunt, memoriam nostri cum

Digitized by Google

omni posteritate adæquatura. Tum humiles esse nos urbemque decuit, quum humili fortuna uteremur; nunc, tanto secundarum rerum proventu ad maximum fastigium evectis, ditatisque pariter ceterarum gentium vectigalibus martisque manubiis, urbis habitum ad præsentem fortunam accommodari, et toto terrarum in orbe pulcherrimas Athenas fieri quæ demum invidia est?

Athenas dico? O mirum et singulare urbis nostræ decus et incrementum, quod non unius gentis proprium sit ac peculiare, neque finibus Atticæ terminetur, sed cum omnibus Græciæ civitatibus communicatum, in nostræ gloriæ consortium ceteros omnes vocet! Næ, isti Græciæ honorem impugnant quibus ea displicent; imo vobis, Athenienses, male consulunt; homines cæci, si quantum privatis uniuscujusque rebus publica prosit magnificentia non viderint; nequissimi, si viderint! At quomodo illud eos præterire potuit quod in omnium oculis versatur, scilicet fervens opere omnis Attica, pleni navigiis portus, nullum denique industriæ genus sine incitamento aut præmiis, si quidem non jam illi tantum a republica stipendia accipiunt, qui terrestri navalive militia bonam fidelemque operam patriæ navant, sed quicumque gnavi et industrii sunt, eos omnes stipendiarios habetis, ita ut, urbem amplificando, ipsi ditescant. Vos, vos præsertim appello quicumque aut maritimos commeatus exercetis, aut mercaturam facitis, qui saxis et marmoribus, qui ære et ebore, qui ebeno cupressoque aut devehendis aut sculpendis vitæ subsidium honeste quæritis; quin vos ipsi et vestra commoda propugnatis? Significate illis adversariis, non tam meis quam vestris, hinc vobis tecta, hinc alimenta, hinc omnia ad vitam necessaria suppetere; hinc cujusque inopiam recreari, opes amplificari; hinc omnibus liberalibus artibus incitamentum adesse; hinc privatim rem cuique familiarem crescere, publice magnitudinem! Nunc exhaustum iri ærarium, nunc insanis substructionibus vexari rempublicam ad satiétatem isti dictitent; non alia defensione utar; eæ enim in primis laudandæ pecuniarum effusiones, quæ communis prosperitatis, sine detrimento reipublicæ, privatum quemque participem fecerint.

Eas nempe isti pecunias desiderant quas in erigendis monumentis occupatas vident, melius videlicet et utilius administra-

Digitized by Google

turi ! At longe aliam esse eorum mentem ipsi mihi sint argumento : neque enim, si privatis meis impensis hæc erigenda redemissem sub ea conditione ut privatum nomen meum, non publicum, inscriberetur, id passuri essent, et ego continuo nefarius tyrannusque audirem; meam enim laudem, si qua est, impugnare se arbitrantur, re vestram, imo suam ipsi impugnant; quæ quanta sit, Athenienses, vos omnes in testimonium appello; si quis enim ea gloriæ pietatisque nostræ monumenta aversetur, is profecto indignus est qui civis atheniensis appelletur. Adeo in istis templis ac porticibus nescio quid inest quod erigit animos, et ad maxima quæque suscipienda stimulis concitat admonetque ! Nonne acrior deorum reverentia in illis magnificis delubris? Nonne major nostri opinio subest, quum monumenta illa, magnitudinis nostræ testes ac pæne immortalitatem nostram intuemur? Num aut inutile erat solennibus impensis deorum favorem Athenis conciliare, aut iniquum iisdem diis, quorum tutela ad tantum fastigium pervenerimus, victoriarum fructus martisque manubias nos consecrare? Non injuria quos fictiles prisca illa colebat antiquitas, nunc ex auro constitutos in altaribus suis intuemur ! Ades igitur mihi Pallas, et ex arce sanctissimi delubri, ubi te, velut e cœlo vi humanæ mentis accitam, præsentem quotidie cernimus, urbem tuam respice, neque tuum honorem abolitum iri siveris ! Quæ læva clypeum, dextera olivam geris, significans et belli et pacis artes pariter tibi acceptas esse, hæc monumenta tueri velis, gloriam nostram pariter atque tuam testantia ! Odeon scilicet illud tabernaculi formam referens, unde Xerxem ferociter exsultantem, ductu auspicioque tuo, fudimus atque fugavimus ! hæc Propylæa quæ arcis aditum tuæ tegunt et exornant ! Tuorum denique Atheniensium animos ita fingere velis, ut a dehonestanda patria semper abhorreant; sic eam semper et ipsi amabunt, et ceteræ gentes admirabuntur, et dii immortales protegent !

R. Dareste,

Élève du Collége royal de Henri IV.

Classe de MM. Riant et Daveluy. — Interne.

Digitized by Google

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Pericles ad Athenienses.

Si quis ad privatos usus publicam pecuniam transtulisset, et communes omnium fortunas in suam rem egisset; et is qui capitis crimen ad vos deferat, vir fortissimus, et ii qui reum damnent, justissimi merito existimentur. Nunc mihi, non quia thesauris publicis incubo, tanta crimina audienda sunt, sed quia magnifice in omnibus bonarum artium operibus eos largior atque profundo; non quia civitatem arcte colo, me opulenter, sed quia nullum splendidius decus mihi quæsivi quam quod ex bene gesta, bene ornata civitate comparatur. Itaque quæ mihi exprobrantur omnia fateor : quippe maxime confisus non illud vos infame turpissimumque ducturos esse, quod inter maximos mearum laudum titulos ad hanc diem numeraverim. Quid igitur volunt isti parcissimi, dum mihi objiciunt quod plurima talenta e publico Athenensium ærario et ex omni Græcia collata in Athenas ornandas erogaverim? An malint ærarium opibus circumfluere, Athenas tantam ne sentire quidem opulentiam, et divitias nobis superare quas et contingere nefas sit? An potiorem aliquam otiosam pecuniam erogandi rationem detexerunt? Nempe servetur ad bellum, inquit Thucydides. At non ita bellum horremus, ut pace domi non audeamus perfrui. Timeant hostes et nos reformident, ne illos ipsi metuamus. Obsecro vos, qui conveniat nos, tamdiu Barbarorum victores, et vixdum e tot tantisque triumphis requiescentes, metu hostium usque sollicitos et impeditos vivere? Quomodo conveniat, qui Salaminam, et Marathona, et Platæas, et nostra plurima facinora non indigna patrum meminerimus, eosdem nos semper eo pavore obstupescere, ne hostis ingruat, ne fortior suis cladibus fiat quam adhuc eum experti sumus? Jampridem bellum inferre nostrum est, hostium propulsare. Ceterum adversarii mei clamitent atque indignentur licet, si negligentiam opulentia fecit, si felicitas in socordiam vertit, si unquam majoribus classibus maria constravimus, majorem circumdatis et longinquis hostibus terrorem injecimus, majorem amicorum reverentiam

Digitized by Google

obtinuimus. Nam socii quidem, si vere (quod omnia confirmant) fide nobis et affectu junguntur, et, quod ex fœdere pacti sunt, vere ex animo promiserunt, qui recusare possunt quominus ipsorum subsidiis accedentibus inter græcas urbes Athenæ maxime efflorescant? Nonne serius ociusve quod nostrum est nobiscum partientur? Nonne plurimi ex illis nobiscum hospitiis, amicitiis, affinitatibus, omnes certe eisdem studiis, eisdem odiis arctissime coeunt? Nisi quod non eisdem se tegunt mœnibus, cives nostri. Næ ex ista quam nobis afferunt pecunia multo uberior illis usura redit, quam si eam in alio quocumque loco posuerint. Utrum autem illa navibus armandis, an decorandis Athenis impendatur quid refert, quum semper sociis quæstui, quamdiu Athenis gloriæ, futura sit? Fama nostra maxime Græciæ libertas protegitur, fama plerumque bella geruntur. Quid autem magis ad nostram famam sustinendam valet, quam si, quantum reipsa possidemus, tantum ostendamus, et prius nostrarum virium specie hostis debelletur, quam ipsas vires tentare sustineat?

Nunc non sociæ urbes querelas ad vos deferunt. Atheniensis contra Athenas loquitur; Atheniensis patriam suam decoribus ingentibus crescere dolet, quod æquo lætoque animo socii ferunt. O quam demens ille! Quid? Nos opima ex hostibus quotidie per tot annos spolia retulerimus, neque nostram urbem illorum damnis amplificari patiemur? Quid profuerit nos tot bellis, laboribus, periculis ditatos esse, si, quod hostes nudavit, nos non instruet? Equidem, cives, ex quo rempublicam capessivi, hæc mihi cogitatio assidua eadem et carissima præsto adfuit : O me felicem, si quidquid hominibus admirationem movet, quidquid mortales immortalibus diis propiores facit, in meam patriam congerere possim, et Athenas orbi terrarum velut pulcherrimum omnium spectaculum offerre! Velim etiam, cives (absit verbo invidia), eas religionis instrui pompas et cærimonias, quas non ita multum infra suam majestatem dii esse existiment, eas in urbe nostra diis ædificari sedes, quas ipsi dii mirentur. Hoc autem, hoc minime feram, Athenas, me duce, ex antiquo cultu, quod isti volunt, degenerare; quæ quidem urbs, una ad hoc tempus nulli secunda, imo nulli græcarum urbium comparanda eminuerit; quæ semper omnium pulchrarum artium facem præ se tulerit, et suam

Digitized by Google

sibi super ceteras vel dominationem vel præstantiam multo minus ex armis quam ex ingenii dotibus adjudicaverit. Quid enim ingenti, et libero, et generoso populo magis dignum est, quam ex omnibus terrarum partibus ad ipsum fama raptos homines accurrere, ut, quæ nostræ artes miracula ediderint, intueantur, et extremos humani ingenii fines in urbe nostra quæsitum veniant? Et jam hanc tam dulcem laborum mercedem percipere cœpimus : quippe qui, velut in mundi theatro stantes, ea monumenta vel perfecimus vel exstruimus quæ, sicut omnes nunc populos, ita omnia deinde secula ad demirandum habebunt. Neque autem, cives, quum talia fecimus, a majorum mente vel institutis descivimus; imo quæ nobis opera velut hæreditate relicta mandaverunt, iis nos maxime instamus, dignissimi prorsus quos patres, si ex tumulis exsistant, sinceram et integram progeniem agnoscant. Te, magne Miltiades, te, Themistocles, appello, qui vestras domos, etsi non per se miseras, tamen publicis ædificiis tanquam humiles casas adjacere gaudebatis. Et vos, cives, ex hoc ipso quod tantos viros de me dicturos fuisse putatis, vel me damnate, vel laudate. Ego vero me non vobis præisse, sed vestram indolem secutum esse arbitror, quum illic solido ære vel marmore columnas, victoriarum nostrarum testes, ad cœlum ediderim, illic templa deorum prope incolarum magnitudini æquaverim, et in æquo honore apud me habuerim et fortissimos duces qui rempublicam defenderent, et præclaros artifices qui eam omni suarum artium commendatione exornarent. Nam, sicuti per martios et bellorum expertes viros tuti ac terribiles, ita per illa divina ingenia æternum admirandi sumus. Nisi forte mavultis hanc illi gloriæ posthabere, imo nullam facere : Spartanorum scilicet exempla secuti, quorum partum militiæ decus domi obscuratur, qui vitiis hostium potius quam virtutibus suis inclaruerunt, et, simul ignavi non erunt, simul materiam gloriæ suæ amittent.

Illos igitur, qui bello aliquoties nobis æmuli fuerunt, pace vincimus. Quanto visu pulchrior nostra urbs quam illa! Spartani, vilissimis tuguriis clausi, feritatem suam in honorem ducentes, ubi ludicra pugnarum simulacra exercendo fessi otium capiunt, nihil inveniunt, nihil circumspiciunt, quod oculos blande recreet,

Digitized by Google

quod eos humanitatis suæ admoneat, quam contra per omnes vias exuere, projicere conantur. Hoc illis antiquissimum, ut feris bestiis quam simillimi evadant : nos nobis aliud proponimus id imitandum exemplar, et deos assequi, quantum humanæ imbecillitati licet, enitimur. Videte quam pulcher sit, quam bene magnæ et insigni civitati accommodatus iste artificum et operarum concursus, nunc excitandis templorum aut theatrorum mœnibus incumbentium, nunc materias in portibus exonerantium, nunc per vias urbis et compita vehentium æra, saxa, marmor, ebur, ebenum, cupressum, alia permulta quæ statim asportata omnigeni artifices excipiant, emolliant, postremo viventia et animata sculptores, magna, et decora, et omnibus absoluta numeris architectæ in lucem et in admirationem hominum proferant. Hæc autem omnia, quæ in æternam hominum memoriam eduntur, quæ nostrum nomen in seclorum ultima provehent, quam multis nunc civibus unde victum quærant, imo opulentiam, suppeditant! Non jam una via est ex republica fructum percipiendi, nomen militiæ dare, stipendia facere, pericula, martis labores adire. Hæc semper quidem vigebunt, semper in honore habebuntur. Sed et alia sunt ad quæ suos respublica cives, suam juvenum prolem, quæ aliter vana sit ac luxuriet, adhibeat. Venite, omnes, quoscumque vel desidiæ, vel obscuritatis tædet, quoscumque exercitus nostri, jamdudum expletis ordinibus, non accipiunt. En patet novus labor, nova merces, nova gloria. Damnare me sustinebitis, quia vobis hæc omnia patriæ nomine offero, quia quod circumitu petitis, ad manum præbeo?

Ite, simul in præsens, simul in posterum spectantes, operam tantis rebus impendite. Majora fama et gloria jam attingo. Magnis istis operibus, superbis monumentis nescio quid inest quod spiritus ingentes spectantibus addat, quod nos supra nostram naturam extollat, animum terræ nimis affixum sublevet, erigat. Deorum numen majus aliquid ac venerabilius ex ipso ædium decore contrahit; major animis subit salutaris illa religio quæ nos in melius mutat, quæ secreto quodam et cœlesti afflatu virtutes omnes in mentes revocat, et cœlum cum terra, quam maxime licet, reconciliat. Jam, quocumque oculos circumferatis, omnia

Digitized by Google

fere formosa in prospectu sunt : undique grandes patriæ imagines ante oculos obversantur, undique dignæ et speciosæ deorum effigies. Quis vestrum arcus, recentium adhuc indicia triumphorum, non summa lætitia, summa superbia subivit? Creditisne militi vestro, in aciem ituro, parva incitamenta esse, quod, quæ gloriæ monumenta tueatur, viderit, quæ ipsum maneant, prævideat? Quis illam Pallada per vim humanæ mentis e cœlo velut accitam, in sua urbe velut præsentem stare et in perpetuum retineri non admiretur? Sic omnes e supernis ædibus dii descendunt; sic Jupiter nos propiore majestate perstringit; sic Apollo nobis unicum et perfectum veræ pulchritudinis specimen in se ostendit. Quoties in illo theatro, quod vocatur Odeon, tabernaculum ipsum, unde victus effugit Xerxes, vobis videre visi estis, et magnum regem ultro animis provocastis! Num aurum, num argentum, quod in iis impensum est, desideratis? Cavete ne tanto gloriæ contemptu, tanta auri cupiditate priorum præclare factorum laus deformetur. Cavete ne arctiore animo minus ampla geratis. Non possum equidem ad probandum consilium aliarum exempla usurpare civitatum ; neque autem magis possum civitatum exempla referre , quæ suas nostris laudes æquaverint.

M. A. A. Blandin,

Élève du Collége royal de Charlemagne.

Classe de MM. Régnier et Berger. — Institution Verdot.

RHÉTORIQUE. — DISCOURS FRANÇAIS.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

L'ambassadeur de France à la reine Christine.

Madame,

Après la perte de l'homme illustre auquel vous accordiez une si noble protection, aucune consolation ne pouvait être plus douce pour ses amis, que de voir leur douleur partagée par une aussi grande reine. Dans ces larmes généreuses que sa mort vous a fait verser, dans cet honneur si grand que vous voulez lui

Digitized by Google

lécerner encore, toute l'Europe reconnaît cet ardent et véritable amour que vous inspirent les lettres et la science. En effet, quelle marque plus sensible d'une âme vraiment grande, que de voir une souveraine s'élever, pour ainsi dire, au-dessus de son rang, et sanctionner elle-même, par un auguste témoignage, cette autre royauté du génie que ne donne pas une noble origine? Cette faveur seule pouvait surpasser celles dont vous avez accompagné votre généreuse hospitalité, cette bienveillance, cette affection même que vous témoigniez à l'ami que je pleure, ces soins par lesquels vous cherchiez à lui faire oublier sa patrie et à lui en créer une seconde au sein de vos Etats.

Cependant, en voyant une nation étrangère rendre à un Français un hommage qu'il ne devrait recevoir que de mon pays, je ne puis réprimer un sentiment de jalousie légitime. Je trahirais la France, qui m'a confié la défense de ses droits, si je lui laissais enlever l'espérance de posséder les restes d'un de ses enfants les plus dignes d'elle. Les grands hommes, en illustrant leur patrie, lui imposent l'obligation de la reconnaissance, ou plutôt lui lèguent, avec leur gloire, le privilége de les honorer. C'est ce privilége que je veux conserver à la France; je veux sauver son honneur du reproche d'ingratitude que lui ferait la postérité, si elle abandonnait avec indifférence à un autre peuple un de ses plus beaux droits. D'ailleurs, il est bien rare que les grands hommes ne méritent pas ces honneurs par leur amour pour leur pays, et l'exemple de Descartes en est la preuve. Vous le savez, noble princesse; ni cette cour brillante où vous l'aviez appelé, ni les honneurs dont vous aimiez à entourer son mérite, n'avaient pu chasser de son esprit des souvenirs qui ne s'oublient pas. Il pensait souvent à la terre qui avait acquis les premiers droits à son amour, en lui donnant le jour, et en présidant à ses premiers pas dans la science qu'il a portée si loin; et parfois il regrettait l'existence moins brillante qu'il y avait trouvée. Ce sentiment, combien de fois ne vous l'a-t-il pas avoué dans cette intimité qu'avait établie, entre la reine et le savant, la même élévation d'âme? Vous le compreniez, parce qu'il était digne de vous, et vous aimiez à trouver cette qualité dans l'homme que vous protégiez. Croyez qu'il n'a point changé au moment de sa mort;

Digitized by Google

que sa dernière pensée a été encore pour la France. S'il avait pu prévoir cet honneur magnifique que vous lui destinez, n'en doutez point, il n'eût pas aspiré à cette sépulture splendide ; ce n'est point parmi les tombeaux fastueux des rois, vos ancêtres, qu'il eût marqué sa place : les études et les méditations de toute sa vie n'avaient pas tourné son ambition du côté des honneurs de la terre ; mais il eût demandé une humble sépulture dans sa patrie.

Remplissez donc ses vœux, noble princesse, en le faisant ensevelir dans le cimetière réservé à ses compatriotes. Là, il reposera, sinon en France, du moins au milieu de ceux qui y sont nés comme lui ; et pour ceux qui meurent loin de leur pays, c'est encore le sol natal que de confondre leurs os dans une sépulture commune. Vous, qui ne lui avez rien refusé pendant sa vie, continuez vos bienfaits même après sa mort ; daignez encore vous conformer à ses dernières intentions, au vœu de sa famille, qui seule maintenant peut recevoir les faveurs que vous lui destiniez : dans ce lieu consacré par la religion catholique, que ses os reposent à l'ombre de la foi que lui ont transmise ses ancêtres, et qu'il a aimée et défendue autrefois.

Songez aussi à la France, et ne doutez pas de sa reconnaissance, si, par un heureux effet de votre justice, elle peut un jour réclamer et recevoir les cendres d'un de ses plus grands hommes. Et alors quelle gloire pour celui que vous aviez jugé digne de votre affection, que vous aviez choisi, dans toute l'Europe, pour être, comme vous dites, votre illustre maître ! Pensez à ce jour où ses restes, rendus enfin à la France, viendront s'offrir aux respects et à la vénération de tout un peuple. Ah ! sans doute, vous ne refuserez pas d'assurer ce beau triomphe, vous qui accordez à la science une protection si noble et si éclairée ; vous qui voulez l'honorer si magnifiquement dans la personne de mon ami, vous serez la première à jouir de votre ouvrage.

J. A. Girard,

Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Classe de MM. Baudon-Desforges et Rinn. — Interne.

Digitized by Google

DEUXIÈME PRIX (VÉTÉRANS).

L'ambassadeur de France à la reine Christine.

GRANDE REINE,

Je suis si touché des bienfaits dont vous avez comblé mon illustre ami pendant sa vie, et des honneurs que vous voulez lui décerner après sa mort, que j'ose à peine invoquer, en ce moment, les droits d'une patrie qui l'a méconnu. Exilé, proscrit, chassé de cette France qu'il avait illustrée par son génie; forcé d'emporter sur une terre étrangère ces vérités sublimes dont il aurait voulu faire hommage à sa patrie, avant de les répandre dans l'univers entier, Descartes a trouvé auprès de vous, non pas une patrie, il n'en est plus pour l'exilé, mais un asile où il put protester impunément contre les erreurs de son siècle; et, comme si ce n'était pas assez d'avoir adouci, par une généreuse hospitalité, l'amertume de l'exil et les chagrins de la persécution, vous voulez encore qu'il mêle ses cendres à celles de vos ancêtres, et qu'il trouve, dans le tombeau des rois de Suède, un asile inaccessible à la haine de ses ennemis. Mais, grande reine, si l'exil de Descartes ne fut l'ouvrage que d'un petit nombre d'hommes qu'offusquait son génie et que blessait l'éclat de sa gloire; s'il faut moins attribuer ses malheurs à l'injustice de notre nation qu'à la défiance naturelle du vulgaire pour toute vérité nouvelle; qu'il me soit permis de vous demander, au nom de Descartes et de la France, une dernière preuve de votre générosité; qu'il me soit permis de refuser pour lui les honneurs d'une sépulture royale, et de le voir ensevelir au milieu de ses concitoyens, dans l'humble cimetière où reposent les Français qui ont le malheur de mourir loin de la terre natale.

Vous avez connu Descartes, grande reine; vous savez que ce grand homme, persécuté par ses ennemis, mais toujours poursuivi par le souvenir de sa patrie, n'a jamais cessé de la chérir et de la pleurer: quoiqu'il sentît bien que la véritable patrie de tous les

Digitized by Google

hommes illustres est le monde entier, et que les grands génies sont citoyens de toutes les nations, il n'en conservait pas moins au fond de son cœur je ne sais quelle tendresse pour le pays où il avait laissé les plus chers objets de son affection. Ni l'injustice de ses ennemis, ni cette ardeur pour la science qui embrasait son âme, et le poussait sans cesse à la recherche de vérités nouvelles, ni même ces bienfaits sans nombre dont vous preniez plaisir à l'accabler chaque jour, rien ne pouvait effacer de sa mémoire le souvenir de la France; rien ne pouvait lui faire oublier cette glorieuse nation, que la providence semble avoir choisie dès l'éternité, pour enseigner l'univers, et conduire les autres peuples à cet état meilleur auquel le genre humain aspire depuis tant de siècles. Dans ces moments où vous veniez vous délasser avec lui des fatigues du pouvoir; dans ces entretiens sublimes où vous parliez ensemble des lois qui régissent le monde, des moyens de rendre les peuples heureux, des futures destinées de toutes les grandes nations de l'Europe, combien de fois l'avez-vous vu s'attendrir en prononçant le nom de la France! Combien de fois, émue vous-même à la vue de cette noble douleur, n'avez-vous pas gémi sur cette triste destinée d'un grand homme expiant, par l'injustice de son siècle, la supériorité de son génie et son immortalité future! On dit même que vous avez versé des larmes abondantes, quand on a répété devant vous ces tristes paroles que lui arrachait, au lit de mort, le souvenir de sa patrie absente. Ah! je ne m'étonne point que vous ayez montré par ces pleurs ce que les âmes élevées sentent les unes pour les autres; mais je m'étonnerais si je vous voyais sacrifier au plaisir d'accroître, par un hommage extraordinaire, la renommée de vos bienfaits, le devoir sacré d'accomplir, autant qu'il est en vous, le dernier vœu d'un grand homme mourant. Sans doute il serait digne de vous de lui donner encore, après sa mort, la preuve la plus éclatante de votre admiration pour lui, et de le poursuivre de vos bienfaits jusque dans le tombeau; mais soyez sûre que, si ses dernières paroles ont exprimé le regret de mourir loin de la France, le plus bel hommage que vous puissiez rendre à sa mémoire, c'est de l'ensevelir à côté de ses concitoyens, afin qu'il trouve, du

Digitized by Google

moins, dans la tombe, quelque chose de cette patrie qu'il a tant aimée.

Vous vous étonnez quelquefois, grande reine, de notre ingratitude envers un savant aussi illustre que Descartes; mais, sans vouloir ici justifier ses ennemis, j'ose dire qu'il faut moins leur reprocher leur injustice, que les plaindre de leur ignorance. Déchirée par des dissensions intestines, occupée au dehors par la guerre étrangère, encore enchaînée dans les doctrines subtiles des siècles passés, la France n'a pas eu le temps d'étudier et de comprendre ce sublime génie. Mais, si je ne me laisse point éblouir par une trompeuse espérance; si je ne prends point pour un présage certain ce qui n'est qu'un désir de mon cœur; je crois que le moment approche où elle cessera de persécuter les grands hommes, et de laisser aux souverains étrangers le soin de leur donner un asile et du pain. Corneille, Pascal et Descartes, qui ont préludé avec tant d'éclat à la gloire du règne qui commence, annoncent déjà que cette nation, qui a fait la guerre pendant tant d'années pour donner la paix à l'Europe par le dernier traité de Westphalie, va bientôt éblouir le monde par sa gloire littéraire, comme elle l'a étonné par ses victoires. Ne la voyez-vous pas se dégager peu à peu des ruines des âges précédents, se fortifier, de jour en jour, par une union plus étroite, et se presser avec ardeur autour de son jeune roi dont elle pressent la grandeur future? Alors quand Louis XIV, instruit par votre exemple à protéger les savants, et enflammé d'une noble émulation, s'efforcera de réparer notre injustice présente envers Descartes, il sera beau pour vous de montrer, qu'aussi généreuse envers sa patrie qu'envers lui-même, vous ne l'avez reçu que pour le rendre un jour à ses concitoyens. Il sera beau pour vous d'entendre dire par tous les savants étrangers que, si la reine Christine n'a pas fait ensevelir Descartes dans le tombeau des rois de Suède, c'était pour réserver cet honneur au roi de France. Pour moi, lorsque je retournerai dans ma patrie; lorsque sa famille viendra me demander l'histoire de son exil, qui sera celle de vos bienfaits; je répondrai que votre générosité n'a fini qu'avec sa vie, que rien ne lui a manqué auprès de vous, pas même la terre consacrée par la religion de ses aïeux, et que vous attendez le

Digitized by Google

jour où la France viendra redemander sa dépouille mortelle, pour rendre enfin à ce grand homme les honneurs que vous auriez voulu lui décerner dès aujourd'hui.

F. MAGY,
Élève du Collége royal de Bourbon.
Classe de MM. Lemaire et Nisard. — Institution Mathé.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

L'ambassadeur de France à la reine Christine.

MADAME,

Il est glorieux pour le grand homme que Votre Majesté avait si bien apprécié, et qu'aujourd'hui la France entière pleure en l'admirant, d'avoir mérité votre protection éclairée, votre royale faveur. Mais pour une princesse, le digne modèle des rois, ce n'est pas assez de l'avoir comblé de bienfaits pendant sa vie, il faut rendre de nouveaux honneurs à sa cendre, et lui donner un témoignage encore plus éclatant d'estime et d'admiration; il faut encore qu'il partage la dernière demeure des rois, et que les restes mortels de l'homme qui porta la science jusqu'aux dernières limites de l'esprit humain reposent à côté des souverains que la Suède révère, que la tombe de Descartes soit auprès de celles de Gustave Wasa et de Gustave-Adolphe. C'est là le plus bel hommage que l'on puisse rendre à celui qui a fait l'ornement, non-seulement de la France, mais encore de l'Europe et de son siècle tout entier. Son nom passera jusque dans les âges les plus reculés, et avec lui le nom de son auguste bienfaitrice : les siècles futurs verront avec admiration la fille du grand Gustave faire de son royaume l'asile du génie; à la gloire des armes, dont son illustre père lui a laissé un si riche héritage, joindre la gloire des lettres, et montrer la Suède aussi grande par la paix que par la guerre. Par cette noble conduite, Votre Majesté s'est acquis de nouveaux titres à la reconnaissance des compatriotes de Descartes, et a resserré les liens qui existaient entre la France et la Suède,

Digitized by Google

unies depuis longtemps d'intérêts et de gloire. Grâce à la royale hospitalité qui lui fut offerte, Descartes retrouva, sur une terre étrangère, le respect, l'admiration, les honneurs qu'il méritait : il retrouva presque une seconde patrie; mais ni l'accueil qu'il reçut, ni les bienfaits dont il fut comblé ne l'ont affranchi de ses devoirs envers sa véritable patrie, n'ont privé la France de ses droits sur l'homme à qui elle a donné le jour. Maintenant qu'il n'est plus, elle ne peut donc, sans se manquer à elle-même, laisser à d'autres le soin d'une gloire qui lui appartient, et rejeter, sur une nation amie, le fardeau d'une reconnaissance si bien méritée. Descartes a honoré le nom français; c'est à la France à honorer le nom de Descartes. C'est en France qu'il a reçu les premières notions de ces sciences qu'il a portées si loin depuis; c'est la France qui l'a vu faire ses premiers pas dans la carrière qu'il a parcourue avec tant d'éclat, et s'élever rapidement jusqu'aux prodiges qui ont rendu son nom illustre. La France serait coupable si elle lui laissait décerner par des étrangers les honneurs qu'il a le droit d'attendre de sa patrie. Abolir ce culte respectable que l'on rend à la mémoire des grands hommes, cette piété qui conserve et consacre tout ce qui reste d'eux, ce serait décourager, étouffer le génie, en lui ôtant l'espoir de la seule récompense qui puisse dignement payer ses travaux; ce serait faire descendre la France du rang élevé qu'elle occupe parmi les nations civilisées, la rendre impuissante à s'illustrer, stérile en vertus et en gloire. Et d'ailleurs quelle ingratitude n'y aurait-il pas, de sa part, à oublier ainsi ceux qui ont employé leur vie entière à lui être utiles, qui n'ont jamais perdu de vue les intérêts de sa grandeur, qui, dans tous leurs travaux, dans toutes leurs entreprises, ont été soutenus par l'amour de la patrie, qui ne l'ont oubliée ni dans la prospérité ni dans le malheur! Votre Majesté ne l'ignore pas : dans un pays où tous rendaient justice à son génie, où tous l'admiraient, comblé de marques d'estime, honoré de la confiance de Votre Majesté et de cette royale protection qu'il mettait au-dessus de tous les biens, quelquefois il regrettait sa patrie, il cédait à ce sentiment impérieux, qui, lorsque la vie s'écoule au sein du bonheur, mais loin de la patrie, fait naître la tristesse au fond du cœur, et mêle une secrète amertume aux plus beaux jours.

Digitized by Google

Alors ces liens indissolubles qui unissent l'homme à la terre qui l'a vu naître, l'attiraient tout entier vers la France. La grande âme de Votre Majesté ne s'offensait point de ce souvenir douloureux de la patrie : un sentiment aussi généreux ne pouvait vous déplaire; c'était à force de bontés, c'était en acquérant de nouveaux titres à sa reconnaissance, que vous essayiez de le consoler et d'effacer de son esprit ces regrets. Ah! sans doute, au moment de quitter cette terre, il pensait avec douleur qu'il ne reverrait plus la France; sans doute, cette patrie tant aimée que les bienfaits de Votre Majesté lui avaient fait abandonner, il désirait lui donner encore une dernière preuve d'amour; il désirait que ses cendres y reposassent à côté de celles de ses aïeux : à ce moment solennel où toute ambition, tout orgueil humain disparaît devant la mort, il ne demandait pas à partager la demeure funèbre des rois, il ne demandait pas à mêler ses cendres à celles de tant de héros dont la Suède gardera éternellement le souvenir; son vœu le plus cher, c'était de retrouver une image de sa patrie sur ce sol où il avait trouvé une si généreuse hospitalité : ce vœu sacré d'un mourant, Votre Majesté peut l'accomplir, tout en conservant à la Suède le précieux dépôt qui lui est confié; que l'humble cimetière où sont déposées les dépouilles mortelles des Français morts loin de leur patrie, reçoive un Français de plus : il ne faut ni tombe magnifique ni pompeuses funérailles au grand homme que nous pleurons : la gloire l'en dispense, les regrets de l'Europe entière montreront mieux la grandeur de notre perte, que les cérémonies les plus fastueuses; dans ce cimetière du moins il sera dans sa patrie, il sera entouré de Français; là du moins la terre qui recouvrira ses restes aura été consacrée par la religion, et tous ceux qui pleurent en lui un ami ou un parent éprouveront une sainte consolation, en apprenant que tous les pieux devoirs que prescrit la croyance de ses ancêtres ont été accomplis. Un jour la France, jalouse de posséder dans son sein les dépouilles mortelles de Descartes, viendra redemander à la Suède ce précieux dépôt; alors celui que Votre Majesté daignait appeler son illustre maître jouira du bonheur qu'il a le plus souhaité : il reposera, après sa mort, sur le sol de sa patrie; et la Suède et la France se réuniront pour bénir la magnanime souveraine qui a si bien su

Digitized by Google

honorer ce grand homme et la science dont il était le chef et le roi.

P. P. V. JOURDAN,

Élève du Collége royal de Charlemagne.

Classe de MM. Régnier et Berger. — Externe libre.

RHÉTORIQUE. — VERS LATINS.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Marmaricos tractus, qua dudum Gallica virtus
Bello armisque furit, qua, felix æmula Martis,
Romulidum antiquos gaudet renovare triumphos,
Atque Jugurthinam veteris sub mœnibus umbram
Cirthæ terret adhuc, luctus cur occupat ingens?
Gallorum cur castra silent mœrentia? quippe
Advectus patria, feralis nuntius aures
Attonitas modo personuit, tristesque maniplos!
Scilicet heu! gentis vulnus lacrymabile, lethi
Præda repentini modo regius occidit heros!
Heu! juvenem, modo qui, tanti spes proxima regni,
Gallorum unanimos inter crescebat amores;
Intrepidum juvenem, qui belli pertulit iram
Vallibus in libycis, Arabasque ictusque fugaces;
Quem fulgenti oculorum acie, quem fronte micantem
Terribili, et certos gestantem ex ore triumphos
Sæpius intremuit, fugitque exterritus hostis:
Mansuetumque ducem, studiis quem miles obibat:
En Deus hunc subito rapuit, regnisque futuris
Militibusque suis, patriæque invidit amanti!
Vix hæc fama dedit, tum castra silentia mutus
Invadit dolor; ipsa tacent prope tympana, velis
Tota adoperta nigris; tristi loca murmure complent,
Ac lugubre fremunt; legionum insignia mœrent,
Pullatosque sinus agitant, atrumque colorem.
Interea luctus non compos miles, amari
Rumoris cupidus simul, ad prætoria densus

Digitized by Google

Convenit: hic socios affatur voce trementi;
Hic solum lacrymis lacrymantum interrogat ora.
Mox, requiesque mali et solamen inane doloris,
Quisque suus narrat quid princeps optimus olim
Egerit: « Ut primus toties per densa ruebat
Agmina, dux milesque simul! Sic vidimus omnes,
Vidimus, o quibus est ætas exercita bello
Littoribus libycis! Nomadum quam fervidus urbes
Frangebat, socii! Vidi, quum culmina summi
Atlantis, latebras Arabum, vallesque malignas
Difficilesque aditus tentaret et avia primum
Exsuperare audax et Ferreos rumpere Postes!
Impavidus fauces, quas infinita tenebat
Turba Arabum, et dubii discrimina perfida montis
Ascensu subiit; turbatum saltibus hostem
Dejecit scopulisque suis, equitumque fugavit
Ventosas nubes, tenues et dispulit umbras!
Tum curæ tum miles erat! tunc ipse levabat
Exhaustas vires longique pericula cursus,
Securus propriæ, sed militis usque salutis
Anxius: et nunc quis patriæ, quis casus ademit?
Saltem si tumuli pompam aspectare liceret,
Relliquiis satiare oculos urnaque verenda! »
Tunc erumpebat gravius dolor; omnia fletu
Ora rigabantur, vivebat cordibus heros!
Ast, o summe Deus, gladii quem perculit ictum
Ira tui! Cur nos plectis? spes ipse dedisti.
Undique nunc lacrymas gemitusque audimus, et ipsi
Exstinctum lugent hostes, Arabasque videmus
Consortes nostro fletus miscere dolori.
Nempe recordantur vivo sub principe, lenis
Quam semper fuerit captis victoria Mauris;
Quam facili audierit tractabilis aure precantum
Vota, vel hostilem parcus fudisse cruorem.
At licet hæc ruerit regni tutela, vacetque
Fausta dies si forte velint turbare gementem
Clade nova patriam, resides, docilesque quiescunt.

Digitized by Google

Quippe sciant Gallo indomitum florescere robur,
Assuetumque malis majores ducere vires :
Quatuor et superesse sciant tutamina regi,
Quatuor et natos animosa ætate vigentes,
Fraterni hæredes animi, hæredesque paterni.
Jam sensere duos fera per discrimina belli
Terribiles; vultus jam consuevere duorum
Et formidandos gladiorum horrere furores :
Impavidis alius perlustrat navibus undas,
Observans prædas oculis, sitiensque pericli :
Jamque minor tormenta parat, rabiemque sonantem!
Quisquis es, o hostis, patriam fœdare probroso
Contactu abstineas; telis ne læde lesenam
Orbatam catulo : dudum stat Gallia, volvens
Sanguineas acies; pede stat subrecta minaci!

L. A. Courtois,
Élève du Collége royal de Bourbon.
Classe de MM. Lemaire et Nisard. — Institution Bellaguet-Muron.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Quid mœres, o Francigenum lustrata tropæis
Terra? quis ille recens te perculit, Africa, luctus?
Antiquumne decus luges conversaque fata,
Parentesque tuas Francis victoribus oras?
Nec decus antiquum, nec jam victoria curæ;
Nuntius at trepidas feralis vulnerat aures :
Scilicet hic juvenis, genus alto a sanguine regum,
Quem jam læta sibi sperabat Gallia regem,
Heu, meminisse grave est, inopina morte peremptus,
Ætherea jam non infelix! vescitur aura.
At tu jure tuum domitorem hunc, Africa, luges,
Virtutis memor atque animi meliora merentis.
Et vos, bellorum comites, sociique laborum,
Hactenus invicti tali duce, vos quoque mœror
Occupat, et lacrymis oculi maduere feroces.
Nuper enim hunc patriæ remeantem ad littora, vestræ

Digitized by Google

Voce salutabant magna plausuque cohortes;
Nec rediturus erat! quam nunc mutata repente
Castrorum facies, quam deformata dolore!
Conticuere fere panno velata nigranti
Tympana, pullatis legionum insignibus itur;
Flent omnes, mœstumque silent, victosque putares,
Debellari unquam si posset francica virtus.
Confusis ergo ordinibus prætoria circa
Turbati coeunt, tacitisque obtutibus hærent:
Mox autem, gemitus inter tritesque querelas,
Præteriti memorant inter se temporis annos.
Heu! quis tum lacrymas miles non sensit obortas,
Quum miseri dixere ducis pugnasque decusque,
Teque, o Francigenum et patriæ spes maxima nuper,
Nunc dolor, absentem nequidquam voce vocarunt?
Et bene dignus eras tantis quem fletibus unum,
Quem desiderio sequerentur castra fideli!
Scilicet ex quo te bellantem Antuerpia vidit,
Extimuitque suas reserantem fortiter arces,
Sive per oppositos Arabas turmasque fugaces
Quadrupedem regeres, seu rupibus oppida summis
Aggressus, longa clausa obsidione teneres,
Non meliorem alium miles cognoverat unquam
Aut dextra certare, aut rerum assumere summam.
En memorant quoties, stricto mucrone, pericli
Impavidus, Francos rapuisti primus in hostem;
Protexit latus ille tuum, stetit ille tuendo
Obstupuitque tuæ virtutis imagine; tecum
Hic prærupta petens Atlantis culmina, tecum
Pertulit immodicos æstusque sitisque labores.
Hic sibi servatam generoso a principe vitam,
Ille levata viæ bellique incommoda, dicit:
Nec laudes aberant, quum demum in castra reversos
Lustrabas comites, et fortem quemque vocabas,
Magna ut honorificis decorares pectora signis.
Ingentem sane iste dolor solabitur umbram:
Pergit at ulterius, nec laudi terminus hæret

Digitized by Google

Iste tuæ ; en Arabes etiam, populique revicti
Te duce, victoris sortem miserantur iniquam :
Nempe recordantur medio in certamine pugnæ
Te furere, at positis solitum mansuescere bellis ;
Sæpe etiam, quum terga fuga conversa dedissent,
Inque fidem acceptos, nostrique ad nominis umbram
Orantes veniam, requiescere posse jubebas.
Ah! si Francigenum, o juvenis, spes sola fuisses,
Tunc reparanda Arabes pro libertate, movere
Bella queant ; verum nec tanta audacia victis,
Nec totum ex illo pendebat vindice regnum !
Quattuor ecce alios animisque et sanguine fratres
Spem nostram superesse vident, regnique *columen* ;
Ac velut accisis redivivo stirpibus, ecce
Sanguine Borbonidum rursus duo pignora florent,
Haud parva ingentis patriæ solatia luctus.

R. Dareste,
Élève du Collége royal de Henri IV.
Classe de MM. Riant et Daveluy. — Interne.

RHÉTORIQUE. — VERSION LATINE.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Ainsi le jeune enfant, dès sa tendre saison,
Des lettres sait d'abord la figure et le nom :
De ces signes bientôt on lui montre l'usage,
Et les sons que toujours produit leur assemblage ;
Puis il construit des mots épelés lentement :
Alors, à sa pensée ouvrant un vaste champ,
On dirige dans l'art sa marche chancelante,
Et les premiers accents de sa muse naissante ;
Pour réussir, il faut tout connaître d'abord :
Si l'édifice entier ne tient qu'avec effort,
Si les maîtres enfin manquent de patience,
L'enfant sera puni de leur imprévoyance :
Ainsi moi, qui, prenant un vol audacieux,
Sur l'aile du génie ai parcouru les cieux,

Digitized by Google

Qui, de la poésie empruntant le langage,
Dévoile aux yeux mortels les destins d'un autre âge,
Qui vais interroger les profondeurs de dieu....
Homme, suis-moi d'abord pas à pas en tout lieu;
Quand j'aurai tout fait voir à ton intelligence,
Je te dirai de tout la force et la puissance.
Quand sur des monts chenus s'élèvent des cités,
Le chef, ceignant de murs ces sommets dévastés,
Avant que le sillon ait entamé la terre,
Presse tous les travaux : la forêt séculaire,
Les vastes bois au loin tombent; en ce séjour
Pour la première fois a pénétré le jour,
Et chassés à jamais, les oiseaux et les bêtes
Abandonnent leurs nids et leurs sombres retraites;
D'autres, se dispersant, vont chercher en tous lieux
Des pierres pour leurs toits, du marbre pour leurs dieux;
D'autres cherchent le fer, chacun enfin s'empresse:
Tous ont mis en commun leurs talents, leur sagesse;
Le mur s'élève enfin quand tout est amassé,
Aucun soin n'interrompt l'ouvrage commencé:
Ainsi, je dois, d'abord, de l'œuvre commencée
Exposer le sujet sans trahir ma pensée;
Alors, de mes raisons rien n'arrêtant le cours,
Je pourrai sans obstacle achever mon discours.

R. Dareste,
Élève du Collége royal de Henri IV.
Classe de MM. Riant et Daveluy. — Interne.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

L'enfant qui commence à s'instruire apprend, d'abord, à connaître les lettres par leur nom et leur forme, puis à les employer, ensuite, à les lier entre elles, et, par cette liaison, à former une syllabe; vient ensuite le mot qu'il construit en le lisant membre par membre; plus tard, il apprend la valeur des choses, il étudie les secrets de l'art, et bientôt naissent des vers qui se tiennent sur leurs pieds; l'étude de tous les principes est utile pour l'œuvre

Digitized by Google

Si quæ fato fiunt, sequuntur necessario causas circumstantes, nec fieri potest ut qui ex appetitus motione operatur, non sequatur illas causas, quum causa quæ ex ipso et istis causis sit adjuncta, sicut nec de sublimi loco jactus lapis potest non ferri deorsum, aut globus per declive dejectus non rotari, quæ ultra erit legum utilitas? Sicut enim lapis nihil impedietur si quis dicat eum non debere deorsum ferri, quum ipse natura ita sit factus, et ad id opitulentur causæ externæ; sic neque nostrum quisquam persuaderi poterit aut ratione aut lege quæ eum velit aliter agere quam fert a circumstantibus rebus necessitas. Nihil enim nobis accidet ex intellectu eorum quæ legibus jubentur, si causæ ante jactæ sunt quibus circumstantibus necessario trahatur motio appetitus. Ac sic tollitur omnis quæ est ex legibus utilitas, si leges quidem vim habeant jubendi quæ facienda sunt, et vetandi quæ non sunt facienda; non autem legis imperium sequitur id quod ex appetitus motione facimus, ubi circumstantes causæ alio nos movent et rapiunt. Sic autem per tale fatum submota legum utilitate, tolluntur et leges. Quæ enim legum utilitas est, si eis obediendi libertate fatum nos spoliat? Longe ergo abest ut sequatur legem esse ideo quod sit fatum, imo pugnant inter se fatum et lex; nam lex quid sit faciendum, quid non, præcipit, tanquam ii qui agunt possint præcipienti parere; unde et sibi non parentes lex ut sontes punit, aut contra obedientes præmiis ornat ut recte facientes, dum fati opinio dicit omnia quæ fiunt, et necessario fieri, et ex causa simili: quæ autem simili ex causa fiunt, eorum iniquum sit alia dicere delicta, alia recte acta.

Digitized by Google

SECONDE.

THÈME LATIN *.

Il n'y a point d'homme sensé qui ne se destine un lieu de retraite, qu'il regarde de loin comme un port dans lequel il se jettera quand il sera poussé par les vents contraires. Mais cet asile que vous vous préparez contre la fortune, est encore de son ressort; et, si loin que vous étendiez votre prévoyance, jamais vous n'égalerez ses bizarreries. Vous penserez vous être muni d'un côté; la ruine viendra de l'autre. Vous aurez tout assuré aux environs; l'édifice croulera tout à coup par le fondement. Si le fondement est solide, un coup de foudre viendra d'en haut, qui renversera tout de fond en comble. Il n'y a rien sur la terre où nous mettions notre espérance, amis, dignités, emplois, qui non-seulement ne puisse nous manquer, mais encore ne puisse tourner en amertume contre nous : et nous serions trop novices dans l'histoire de la vie humaine, si nous avions encore besoin qu'on nous prouvât cette vérité. Posons donc que ce qui peut arriver, ce que vous avez vu mille fois arriver aux autres, vous arrive aussi à vous-même, (car sans doute vous n'avez point, parmi vos titres, de sauvegarde contre la fortune), que votre bonheur soit troublé, renversé par quelque disgrâce imprévue, votre famille désolée par quelque mort désastreuse, votre santé ruinée par la souffrance; si vous n'avez quelque asile où vous vous mettiez à couvert, vous essuierez tout du long la fureur des vents et de la tempête. Mais où trouverez-vous cet asile? jetez les yeux de tous côtés : les maux couvrent

* Premier prix. Blain des Cormiers (Vincent-Eugène), né, le 31 juillet 1827, à Précy (Oise), Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Samson (Charles-Félix), né, le 8 juin 1826, à Versailles (Seine-et-Oise), Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

la face de la terre, et vous ne sauriez parfois où mettre le pied. Cherchez donc en dehors de l'enceinte du monde.

SECONDE.

VERSION LATINE *.

Ne tu, vatis opus, divinum despice carmen,
Quo nihil æthereos ortus, et semina cœli,
Nil magis humanam commendat origine mentem
Sancta Prometheæ retinens vestigia flammæ.
Carmen amant superi, tremebundaque tartara : carmen
Ima ciere valet, divosque ligare profundos,
Et duros triplici manes adamante coercet.
Carmine sepositi retegunt arcana futuri
Phœbades, et tremulæ pallentes ora sibyllæ :
Carmina sacrificus solennes pangit ad aras,
Aurea seu sternit motantem cornua taurum,
Seu quum fata sagax fumantibus abdita fibris
Consulit, et tepidis parcam scrutatur in extis.
Nos etiam, patrium tunc quum repetemus Olympum,
Æternæque moræ stabunt immobilis ævi,
Ibimus auratis per cœli templa coronis,
Dulcia suaviloquo sociantes carmina plectro,
Astra quibus, geminique poli convexa, sonabunt.
Spiritus et rapidos qui circinat igneus orbes,
Nunc quoque sidereis intercinit ipse choreis
Immortale melos, et inenarrabile carmen;
Torrida dum rutilus compescit sibila serpens,
Demissoque ferox gladio mansuescit Orion;

* Premier prix. D'Herlen (Jules), né, le 9 mars 1826, à Boulogne-sur-Mer (Pas-de-Calais), Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Vierme (Édouard-Charles-Noël), né, le 30 novembre 1825, à Lisieux (Calvados), Élève du Collège Stanislas.

Digitized by Google

Stellarum nec sentit onus Maurusius Atlas.
Esto igitur semper mea maxima cura poesis,
Esto animi studium, vitæque superbia nostræ.
Sic ego, jam doctæ pars quamlibet ima catervæ,
Victrices hederas inter laurosque sedebo;
Jamque nec obscurus populo miscebor inerti,
Vitabuntque oculos vestigia nostra profanos.
Este procul, vigiles curæ, procul este, querelæ,
Invidiæque acies transverso tortilis hirquo,
Sæva nec anguiferos extende, calumnia, rictus;
In me triste nihil vobis, mala turba, licebit;
Nec vestri sum juris ego; securaque tutus
Pectora, vipereo gradiar sublimis ab ictu.

SECONDE.

VERS LATINS *.

Mahomet II dans Constantinople.

Ibat victor per fracta urbis mœnia, strata super christianorum cadavera Mahumetus, valido barbarorum stipatus agmine, ipse manu ferream clavam tenens. Utque mediam Constantinopolim subiit, et maximum circum, qui vocatur hippodromus, ingreditur, ænei leonis ora miro artificio conflata ferit, ac pæne excussit, quasi magicum quoddam urbis munimentum tali perfracturus ictu. Mox sanctæ Sophiæ templum irrumpit, equo sublimis, et pavimenta roseis liquoribus perfundi jubet, deoque magnificam ædem addicit suo. Proh! dolor! lugeant atque erubescant christianæ gentes, donec in

* Premier prix. De Laubadère (Alexandre-Antoine-Maxime), né, le 21 décembre 1825, à Eauze (Gers), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Moncourt (Eugène), né, le 18 juillet 1826, à Sens, (Yonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

byzantina urbe vel Turcas ipsos crux, placide triumphalis, salutifera protegat umbra!

SECONDE.

VERSION GRECQUE *.

Τοῖς Ῥωμαίοις οὐκ ἔστιν ἀρχὴ τῶν ὅπλων ὁ πόλεμος, οὐδὲ ἐπὶ μόνας τὰς χρείας τὼ χεῖρε κινοῦσιν, ἐν εἰρήνῃ ἀπειρηκότες· ἀλλ' ὥςπερ συμπεφυκότες τοῖς ὅπλοις, οὐδέποτε τῆς ἀσκήσεως λαμβάνουσιν ἐκεχειρίαν, οὐδὲ ἀναμένουσι τοὺς καιρούς. Αἱ μελέται δὲ αὐτοῖς οὐδὲν τῆς κατὰ ἀλήθειαν εὐτονίας ἀποδέουσιν, ἀλλ' ἕκαστος ὁσημέραι στρατιώτης πάσῃ προθυμίᾳ καθάπερ ἐν πολέμῳ γυμνάζεται. Διὸ κουφότατα τὰς μάχας διαφέρουσιν· οὔτε γὰρ ἀταξία διασκίδνησιν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐν ἕθει συντάξεως, οὔτε δέος ἐξίστησιν, οὔτε δαπανᾷ πόνος. Ἕπεται δὲ τὸ κρατεῖν ἀεὶ τῶν οὐχ ὁμοίως βεβαίων· καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὰς μὲν μελέτας αὐτῶν χωρὶς αἵματος παρατάξεις, τὰς παρατάξεις δὲ μεθ' αἵματος μελέτας. Προςασκοῦνται δὲ καὶ τῷ φόβῳ· οἵ τε γὰρ νόμοι παρ' αὐτοῖς οὐ λειποταξίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥαστώνης ὀλίγης θανατικοί. Οἵ τε στρατηγοὶ τῶν νόμων φοβερώτεροι· ταῖς γὰρ πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς τιμαῖς ῥύονται τὸ δοκεῖν ὠμοὶ πρὸς τοὺς κολαζομένους. Τοσοῦτον δὲ αὐτῶν τὸ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας πειθηνίων, ὡς ἕν τε εἰρήνῃ κόσμον εἶναι, καὶ ἐπὶ παρατάξεως ἓν σῶμα τὴν ὅλην στρατιάν· οὕτως αὐτῶν συναφεῖς μὲν αἱ τάξεις, εὔστροφοι δέ εἰσιν αἱ περιαγωγαὶ, ὀξεῖαι δὲ ἀκοαὶ μὲν παραγγέλμασιν, ὄψεις δὲ σημείοις, ἔργοις δὲ χεῖρες. Ὅθεν δρᾶσαι μὲν ἀεὶ ταχεῖς, βραδύτατοι δὲ παθεῖν εἰσιν. Οἷς οὖν βουλὴ μὲν

* Premier prix. Guinard (Paul-Érasme-Victor), né, le 11 mars 1828, à Paris, Élève du Collége Rollin. — Deuxième prix. Leccœur (Louis-Alexandre), né, le 29 octobre 1826, à Quincy (Seine-et-Marne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

ἄρχει πράξεως, ἕπεται δὲ τοῖς βεβουλευμένοις στρατὸς οὕτω δραστήρως, τί θαυμαστὸν, εἰ πρὸς ἕω μὲν Εὐφράτης, Ὠκεανὸς δὲ πρὸς ἑσπέραν, μεσημβρινὸν δὲ Λιβύης τὸ πιότατον, καὶ πρὸς ἄρκτον Ἴστρος τε καὶ Ῥῆνος τῆς ἡγεμονίας ὅροι; ὀρθῶς γὰρ ἄν τις εἴποι τὸ κτῆμα τῶν κτησαμένων ἔλασσον.

JOSEPH. *De Bell. Jud.* Lib. III.

TRADUCTION LATINE.

Romani armis uti non in bello incipiunt, neque solum, si necesse sit, manus movent, quum in pacis otio cessaverint: sed armis velut natura cohærentes, nullas capiunt exercitationis inducias, nec tempora præstolantur. Meditationes autem eorum nihil a vera contentione discrepant; sed in dies singulos militum quisque armis omnibus, tanquam in procinctu positus, exercetur. Quo etiam facillime prœlia tolerant: neque enim ordo neglectus eos a consueta dispositione deturbat, neque metus terret, neque fatigatio exhaurit. Unde sequitur ut semper superent quos non pariter confirmatos invenerint: neque erraverit si quis eorum meditationes conflictus esse dixerit sine sanguine, contraque, prœlia meditationes cum sanguine. Major etiam illis est ex timore diligentia: namque leges apud eos non desertionis solum, verum etiam minimæ negligentiæ sunt capitales. Duces vero magis quam ipsæ leges formidandi: namque bonos honorando redimunt ne in coercendis delictis videantur crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parent, ut in pace ornamento sint, et in acie corpus unum totus conspiciatur exercitus: sic eorum copulati sunt ordines, ita circumduci sunt mobiles, et acutis auribus ad præcepta, oculisque ad signa, et ad opera manibus. Unde ad faciendum quidem semper prompti sunt, ad patiendum vero tardissimi. Quorum igitur actus a consiliis incipiunt, consultaque tam fortis exsequitur exercitus, quid mirum si Euphrates ab oriente, et Oceanus ab occidente, itemque a meridiano tractu Libyæ fertilissima regio, et a septentrione Ister et Rhenus sint imperii limites, quum minorem esse possidentibus possessionem recte aliquis dixerit?

Digitized by Google

SECONDE.

THÈME GREC *.

Ce qui doit animer l'homme de bien, c'est l'idée de Dieu, qui est tout, qui fait tout, et à qui tout est dû. Il est infini en sagesse, en puissance, en amour. Il ne faut donc pas s'étonner si tout ce qui vient de lui tient de ce caractère d'infini, et surpasse la raison humaine. Quand il prépare et arrange quelque chose, ses conseils et ses voies sont, comme dit le prophète, autant au-dessus de nos conseils et de nos voies que le ciel est au-dessus de la terre. Quand il veut exécuter ce qu'il a résolu, sa puissance ne se montre par aucun effort. Il ne lui en a pas plus coûté pour tirer du néant le ciel et la terre, tels que nous les voyons, que pour faire couler une rivière dans sa pente naturelle, ou pour laisser tomber une pierre de haut en bas. Sa puissance se trouve tout entière dans sa volonté; il n'a qu'à vouloir, et les choses sont d'abord faites. Si l'Écriture le représente parlant dans la création, ce n'est pas qu'il ait eu besoin d'une parole qui soit sortie de lui pour faire entendre sa volonté à toute la nature qu'il voulait produire : cette parole que l'Écriture lui prête, est tout intérieure; c'est la pensée qu'il a eu de faire les choses, et la résolution qu'il en a formée au fond de lui-même. Cette pensée a été féconde : elle a tiré de lui, comme de la source de tous les êtres, tous ceux qui composent l'univers.

* Premier prix. Delibes (Ernest-Théodore-Léon), né, le 26 mai 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.—Deuxième prix. Lisle (Jacques-Alaric), né, le 17 janvier 1826, à Xaintrailles (Lot-et-Garonne), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

TROISIÈME.

THÈME LATIN *.

Dans les premiers temps de la république romaine, les consuls et les sénateurs faisaient gloire de la pauvreté; et jamais elle ne fut si longtemps en honneur dans aucun pays. Les dictateurs, tirés de la charrue, la reprenaient après leur victoire. Les vieux Romains sont de rares exemples de tempérance : mais bientôt, le luxe ayant prévalu à Rome, l'amour de l'indépendance et l'esprit de révolte triomphent sous le nom de liberté. Les cabales et la violence font tout dans Rome : l'amour de la patrie et le respect des lois s'y éteignent. C'est ainsi que Rome, par un amour outré de sa liberté, vit la division se jeter dans tous ses ordres. Les plébéiens craignaient l'autorité des patriciens comme une tyrannie qui ruinerait la liberté; et les sénateurs redoutaient l'autorité populaire comme un déréglement qui réduirait tout à l'anarchie. Entre ces deux extrémités, un peuple si sage d'ailleurs ne put trouver de milieu. Depuis l'établissement des tribuns, on ne vit plus à Rome aucune forme de gouvernement constante; le peuple changea sans cesse la magistrature, et la république fut dans une agitation perpétuelle.

* Premier prix. Journault (Louis-Geneviève-Léon), né, le 23 février 1827, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Neff (Jules-Victor), né, le 2 février 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

TROISIÈME.

VERSION LATINE *.

Duo sunt quæ in hac vita veluti laboriosa nobis præcipiuntur, abstinere et sustinere. Jubemur enim abstinere ab his quæ in hoc mundo dicuntur bona, et sustinere quæ in hoc mundo abundant mala. In frænandis cupiditatibus, ne pelliciat in fraudem quod male blanditur, et enervet quod prosperum dicitur, abstinentia opus est. Ut autem abstinentis est felicitati hujusce mundi non credere, ita sustinentis infelicitati non cedere. Sive ergo in affluentia rerum simus, sive in angustiis, exspectanda est Dei voluntas, qui et quod vere bonum est det nobis, et quod vere malum est avertat. Quidquid boni in hoc mundo dixeris, salutem nempe corporis, integras vires, divitias, et boni habent et mali. Vitam longam diu vivunt boni quidam, diu vivunt et mali quidam; et quæcumque alia numerare volueris in hoc sæculo bona, permixte invenis apud bonos et malos. Rursum quæcumque aspera, quæcumque tristia, et boni patiuntur et mali, famem, morbos, dolores et damna, oppressiones, orbitates : communis hæc est omnium materies lacrymarum; et ideo quorumdan infirmatur et labascit constantia, qui nempe instituerant et proposuerant animo propterea servire Deo, ut bonis terrenis abundent, et malis careant eaque devitent. Quum enim sibi hanc mercedem constituerint religionis suæ, si quando viderint se laborare, et florere iniquos, quasi eos fefellerit qui vocavit, quasi frustra opus indixerit qui in mercede decepit, renuntiant Deo. Et quo se miseri convertunt, avertentes se ab

* Premier prix. De la Porte (Honoré-Jules), né, le 10 octobre 1827, à Paris, Élève du Collége Stanislas. — Deuxième prix. Mazerat (Adrien), né, le 19 septembre 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

illo a quo facti sunt, et inhærentes illis quæ facta sunt? Quum cœperit perire quod factum est, ubi erit temporis amator qui æternitatem amisit?

TROISIÈME.

VERS LATINS *.

Bonis artibus et dulci musarum alloquio non alia sedes fuerit opportunior quam tacitum nemus secretique otia ruris. Hic grata veterum mendacia vatum recordari juvat, et demissa voce secum recitare. Hic etiam, ubi ad meditandum requies curarum invitat, et lucidus æther, et florida camporum facies, et late circumspiciendi libertas, carmina, si liceat, conari fert animus. Innocuos igitur vitæ agrestis lusus non minus quam studia ipsa vestra diligite. Inde mentes rudioribus annis adhuc teneras vis nova corroborat, et adolescentis ingenii vigor per intervalla laborum augetur.

TROISIÈME.

VERSION GRECQUE **.

Τῷ Θεῷ ὑπηρετοῦσιν οἱ ἄρχοντες πρὸς ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν καὶ σωτηρίαν, ὅπως ὧν Θεὸς δίδωσιν ἀνθρώποις καλῶν καὶ ἀγαθῶν τὰ μὲν νέμωσι, τὰ δὲ φυλάττωσιν.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;

* Premier prix. Dottain (Ernest-Marie-François), né, le 26 février 1827, à Montargis (Loiret), Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Pierrot-Deseilligny (Nicolas-Alfred), né, le 9 mai 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

** Premier prix. Fillias (Victor), né, le 8 décembre 1827, à Aubusson (Creuse), Élève du Collége Stanislas. — Deuxième prix. Chassang (Marie-Antoine-Alexis), né, le 2 avril 1827, au Bourg-la-Reine (Seine), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

ὁ μὲν καθίησιν ἀρχὰς σπερμάτων προσηκόντων, γῇ τ' ἀναδίδωσιν· αὔξεται δὲ τὰ μὲν ὄμβροις, τὰ δ' ἀνέμοις, τὰ δ' ἄστροις ἐπιθαλπόμενα καὶ σελήνῃ. Κοσμεῖ δὲ ἥλιος ἅπαντα, καὶ πᾶσι τοῦτο δὴ τὸ παρ' αὐτοῦ φίλτρον ἐγκεράννυσιν. Ἀλλὰ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων, ἃ θεοὶ χαρίζονται, δώρων καὶ ἀγαθῶν οὐκ ἔστιν ἀπόλαυσις, οὐδὲ χρῆσις ὀρθὴ δίχα νόμου καὶ δίκης καὶ ἄρχοντος. Δίκη μὲν οὖν νόμου τέλος ἐστί· νόμος δὲ, ἄρχοντος ἔργον· ἄρχων δὲ εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος· οὐ Φειδίου δεόμενος πλάττοντος, οὐδὲ Πολυκλείτου καὶ Μύρωνος, ἀλλ' αὐτὸς αὑτὸν εἰς ὁμοιότητα θεῷ δι' ἀρετῆς καθιστὰς, καὶ δημιουργῶν ἀγαλμάτων τὸ ἥδιστον ὀφθῆναι καὶ θεοπρεπέστατον. Οἷον δὲ ἥλιον ἐν οὐρανῷ περικαλλὲς εἴδωλον ἑαυτοῦ καὶ σελήνην ὁ θεὸς ἐνίδρευσε, τοιοῦτον ἐν πόλεσι μίμημα καὶ φέγγος ἄρχων,

Ὅστε θεουδὴς
Εὐδικίας ἀνέχησι,

τουτέστι θεῶν λόγον ἔχων διάνοιαν, οὐ σκῆπτρον, οὐδὲ κεραυνὸν, οὐδὲ τρίαιναν, ὡς ἔνιοι πλάττουσιν ἑαυτοὺς γράφουσι, τῷ ἀνεφικτῷ ποιοῦντες ἐπίφθονον τὸ ἀνόητον· νεμεσᾷ γὰρ ὁ θεὸς τοῖς ἀπομιμουμένοις βροντὰς καὶ κεραυνοὺς καὶ ἀκτινοβολάς· τοὺς δὲ τὴν ἀρετὴν ζηλοῦντας αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ καλὸν καὶ φιλάνθρωπον ἀφομοιοῦντας ἑαυτοὺς, ἡδόμενος αὔξει, καὶ μεταδίδωσι τῆς περὶ αὐτὸν εὐνομίας καὶ δίκης καὶ ἀληθείας καὶ πραότητος· ὧν θειότερον οὐ πῦρ ἐστιν, οὐ φῶς, οὐχ ἡλίου δρόμος, οὐκ ἀνατολαὶ καὶ δύσεις ἄστρων, οὐ τὸ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον· οὐ γὰρ χρόνῳ ζωῆς ὁ θεὸς εὐδαίμων, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς τῷ ἄρχοντι· τοῦτο γὰρ θεῖόν ἐστι, καλὸν δ' αὐτῆς καὶ τὸ ἀρχόμενον.

PLUTARCH. *In princip. inerudit.*

Digitized by Google

TRADUCTION LATINE.

Principes deo ministri sunt ad firmandam hominum salutem, ut, quæ dii bona hominibus largiuntur, partim distribuant, partim servent.

> Vides sublime fusum immensum æthera,
> Qui liquido terram complexu cingit?

is quidem principia seminum convenientium demittit, ac terræ committit : augentur alia imbribus, alia ventis, alia calore siderum et lunæ fovente. Sol autem ea omnia exornat, et omnibus quem secum fert amoris illicem indit. Attamen illis tot tantisque muneribus et bonis quæ dii profundunt, sine lege, justitia et principe uti ac frui non licet. Justitia enim legis finis est, lex autem principis opus, princeps dei imago omnia regentis : neque princeps indiget Phidia qui fingat, aut Polycleto aut Myrone, sed virtutis opera se ipsum dei quam simillimum efficit, et ex omnibus signis, quæ ponunt populi, jucundissimum visu ille signum est et propius ad deum accedens. Quale vero elegantissimum cœlo simulacrum sui deus solem et lunam affixit, tale in civitatibus ejus exemplum est et lumen princeps,

> Jura dei similis qui dat mortalibus æqua,

scilicet deorum summa præditus ratione, non sceptrum, non fulmen, non tridentem gerens, ut nonnulli se pingi atque fingi jubent, stultitiam suam invidiæ exponentes, dum ea, quæ assequi non possunt, affectant : irascitur enim deus tonitrua, fulmina et radiorum projectus imitantibus; qui vero virtutem ipsius æmulantur, et honestate ac humanitate ipsum referre conantur, hos, studio eorum delectatus, auget, suaque ipsius æquitate, justitia, veritate ac mansuetudine donat, quibus divinius nihil est, non ignis, non lumen, non solis cursus, non siderum ortus et occasus, non ipsa æternitas immortalitasque : non enim vitæ tempore deus beatus est, sed virtutis principatu : illud nempe divinum est et pulchrum quod ab ea regatur.

Digitized by Google

TROISIÈME.

THÈME GREC *.

La vie est une attente continuelle. Le laboureur attend le fruit de la terre; il sème dans l'espérance de recueillir; il recueille dans l'espoir de vendre, et toujours il recommence de même. Il en est ainsi de toutes les autres professions. En effet, nous manquons de tant de choses, que nous serions toujours dans l'affliction, si Dieu ne nous avait donné l'espérance, comme pour charmer nos maux et tempérer, par quelque douceur, l'amertume de nos jours. Cette vie, que nous ne possédons jamais que par diverses parcelles qui nous échappent sans cesse, se nourrit et s'entretient d'espérance. L'avenir, qui sera peut-être une grande partie de notre âge, nous ne le tenons que par l'espérance; et jusqu'au dernier soupir, c'est elle qui nous fait vivre. Puisque nous espérons toujours, c'est un signe manifeste que nous ne sommes pas dans le lieu où nous puissions posséder les choses que nous souhaitons. Aussi, dans ce monde terrestre où personne ne jouit pleinement de rien, celui-là sera le plus heureux qui aura l'espérance la plus belle et la plus assurée. Heureux donc mille fois les justes et les gens de bien!

* Premier prix. Giubega (Claude-Laurent), né, le 9 janvier 1827, à Calvi (Corse), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Journault (Louis-Geneviève-Léon), né, le 23 février 1827, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

THÈME LATIN *.

Les sources du Nil furent inconnues à l'antiquité. Sésostris, Alexandre et César les firent chercher vainement. Le dernier surtout entreprit de les découvrir lui-même. Il monta, disent quelques historiens, avec la célèbre Cléopâtre, sur une des plus magnifiques galères qu'on eût jamais vues, résolu de passer en Éthiopie. Cette nouvelle tentative ne fut pas plus heureuse que les précédentes. César revint sur ses pas; et ce héros, avide de connaissances autant que de victoires, aurait alors renoncé à ses vues ambitieuses pour la gloire d'arriver aux sources du Nil. Voici ce qu'on peut recueillir des voyageurs modernes sur l'origine et sur le cours de ce fleuve. Il existe, dans une province de la haute Éthiopie, une montagne fort élevée, sur le sommet de laquelle sont deux grosses sources, appelées les deux *yeux* par les naturels du pays. De cette double ouverture sortent deux ruisseaux qui tombent avec impétuosité dans une terre spongieuse et mobile. Ces eaux ne reparaissent qu'à dix ou douze lieues de là, se réunissent et vont former une première cataracte. Ce fleuve, qui traverse un lac sans y mêler ses eaux, entre en Égypte en se précipitant sur un amas de rochers de la hauteur de deux montagnes, qui forment une des plus belles cataractes connues. Quant au débordement du Nil, il ne peut être attribué à la fonte des neiges de l'Éthiopie, puisqu'on n'y en a jamais vu, mais aux pluies abondantes

* Premier prix. Belot (Joseph-Émile), né, le 24 septembre 1829, à Montoire (Loir-et-Cher), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Lamm (Auguste), né, le 13 juillet 1828, à Metz (Moselle), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

qui tombent régulièrement dans ce pays pendant six mois de l'année.

QUATRIÈME.

VERSION LATINE *.

Multa pietatis erga parentes, caritatis erga natos, amoris in patriam ubique inscripta supersunt vestigia, quæ collegisse operæ pretium sit : adeo priscarum memoriæ virtutum vivax inest gratia, et bonorum morum exemplis suaviter afficimur! Ita me locis quondam celebribus, nunc desertis, sæpius inerrantem juvat sepulcrum aliquod vepribus ac dumetis vestitum agnoscere, subsistere ad lapidem, priscis incisum notis, magnæque gloriæ vel etiam domestici luctus obsoletum inspicere monumentum. Nihil autem in hoc genere animum meum acrius perstrinxit quam voces aliquot semiruto impressæ tumulo, qua juxta fluvii Tagi ripas solum lusitanum vetere colonia ac municipio insederant Romani. Sic autem legebatur :

« Memoriæ et pietati dicatum. Salve, mea mater, femina innocentissima! cui me inter cunas relictum, pater, fidei tuæ non ignarus, extrema voce commisit moriens, cujusque perpetua sanctissimaque viduitate educatus liberaliter annos triginta, quidquid id ætatis sum, quidquid futurus postea, acceptum refero. Audita morte tua, ab ultimis Germaniæ oris parentatum adveni, conlacrymans mœstiter justa solvi. Et quoniam, te una, mea mater, adempta, miserabilem et orbum tædet patriæ olim dulcissimæ, iterum, nec jam domum respectans, peregre revertor.

Fanniæ optimæ matri
Lucius Agricola. »

* Premier prix. Battier (William-Pearse), né, le 17 février 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Dommartin (Firmin), né, le 24 janvier 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Ὦ ἄνθρωπε, ξένος εἶ καὶ παρεπίδημος τῶν ἐνταῦθα· πατρίδα ἔχεις ἐν οὐρανοῖς. Πάντα ἐκεῖ μεταθῆς, ἵνα καὶ πρὸ τῆς ἀπολαύσεως ἐνταῦθα ἀπολαύσῃς τῆς ἀμοιβῆς. Ὁ γὰρ χρησταῖς συντρεφόμενος ἐλπίσι καὶ περὶ τῶν μελλόντων θαῤῥῶν, ἐντεῦθεν ἤδη τῆς βασιλείας ἐγεύσατο. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ψυχὴν εἴωθεν ἀνακτᾶσθαι καὶ ἀμείνω ποιεῖν, ὡς ἡ χρηστὴ τῶν μελλόντων ἐλπὶς, ἐὰν ἐκεῖ μεταθῇς τὸν πλοῦτον, καὶ τῆς ψυχῆς ἐπιμελήσῃ τῆς σαυτοῦ μετὰ σχολῆς τῆς προσηκούσης. Οἱ μὲν γὰρ ἅπασαν τὴν σπουδὴν εἰς τὸν καλλωπισμὸν κινοῦντες τῆς ἑαυτῶν οἰκίας, ἐν τοῖς ἔξω πλουτοῦντες, ἀμελοῦσι τῶν ἔνδον, ἔρημον καὶ αὐχμῶσαν περιορῶντες τὴν ἑαυτῶν ψυχήν· ἂν δὲ τῶν ἔξωθεν ἀμελήσαντες εἰς τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν τὴν προθυμίαν καταναλώσωσιν ἅπασαν, πανταχόθεν αὐτὴν καλλωπίζοντες, καταγώγιον ἔσται τῷ θεῷ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἡ ψυχή. Τοιαύτη γὰρ τῆς ἀρετῆς ἡ φύσις· οὐ πρὸς τὰ μέλλοντα ὠφελεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν ἤδη δίδωσι τὰς ἀμοιβάς.

TRADUCTION LATINE.

O homo, hospes et advena es his in terris : patria tibi in cœlis est. Huc omnia transfer, ut, pro terrenis deliciis, cœlestium deliciarum vices invenias. Qui enim bona spe nutritur et futuro confidit, jam nunc regnum cœleste tetigit. Nihil nempe magis animum confirmare et meliorem efficere solet, quam bona spes futuri, si divitias tuas in cœlum transtuleris, et tuum ipsius animum studio et observantia, ut

* Premier prix. Dommartin (Firmin), né, le 28 janvier 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. About (Edmond-Valentin-François), né, le 24 février 1828, à Dieuze (Meurthe), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

decet, curaveris. Qui enim omnem operam impendunt ut domus ipsorum ornatissima sit, rebus quidem ditescunt externis, internas vero negligunt, animum suum derelictum et contaminatum secure videntes : sin autem, omissis externis opibus, curas omnes in mentem suam intendant, undique illam exornantes, Deo tabernaculum erit horum hominum animus. Ea enim est virtutis natura, ut non solummodo in futurum prosit, sed etiam, his in terris, jam vices det secundas.

QUATRIÈME.

THÈME GREC*.

L'étude des lettres grecques occupait une grande place dans l'éducation des jeunes Romains. Depuis le siècle du vieux Caton, qui avait commencé cette étude dans sa vieillesse, il n'était aucun patricien, aucun plébéien élevé avec soin, qui ne s'appliquât de bonne heure à comprendre et même à écrire la langue grecque. C'était un des exercices habituels dans les écoles publiques; Cicéron y fut formé dès l'enfance; et un historien a même remarqué que jusqu'à l'époque de sa préture, il fit souvent en grec des discours publics sur des sujets de littérature et de philosophie. Plus tard, et au temps même de la guerre civile, il s'appliquait encore quelquefois à ce travail, qui lui rappelait les jours de sa jeunesse; mais, ce qui importait davantage, ce grand homme se pénétra profondément du génie des orateurs et des philosophes grecs; et il parvint ainsi à les égaler dans sa propre langue.

* Premier prix. Lamm (Auguste), né, le 13 juillet 1828, à Metz (Moselle), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Romieu (François-Édouard), né, le 31 mai 1829, à Lorient (Morbihan), Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

CINQUIÈME.

THÈME LATIN *.

Gardez-vous de croire que les beautés mêmes des plus grands poëtes ne puissent pas être accessibles à des enfants attentifs et studieux. L'expérience prouve le contraire. Ce qui est vraiment beau est presque toujours simple et facile; et la poésie parle au cœur autant qu'à l'intelligence. Il ne faut donc pas craindre d'offrir à de jeunes imaginations ce qu'elles sauront admirer. Il faudrait craindre plutôt de ne pas les nourrir de hautes pensées et de généreux sentiments. C'est à ce point de vue qu'un maître célèbre, Quintilien, voulait que les élèves des écoles romaines apprissent de mémoire et récitassent avec soin des passages choisis de Virgile et d'Homère. A ses yeux, il importait surtout que l'esprit s'accoutumât de bonne heure à goûter ce qu'il y a de meilleur et de plus pur. Loin de nous défier d'un pareil conseil, ne négligeons rien pour en profiter.

CINQUIÈME.

VERSION LATINE **.

A vitiis revocare homines, cohortari ad virtutem, vituperare improbos, laudare bonos, quis etiam cum mediocri

* Premier prix. Dupré (Louis-Marie-Ernest), né, le 2 février 1829, à Cerisiers (Yonne), Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Petit-Perrin (Auguste-Victor-Adolphe), né, le 16 février 1829, à Lille (Nord), Élève du Collége royal de Bourbon.

** Premier prix. Gaucher (Maxime-Abel), né, le 23 janvier 1829, à Mory, (Seine-et-Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Pène (Henri), né, le 25 avril 1830, à Paris, Élève du Collége Rollin.

Digitized by Google

ingenio non possit? Monere vero suaviter, docere festive, suadere cum elegantia, quam paucis illud est a natura concessum. Priora illa, præter apologum, alia quævis oratio efficiat; posteriora hæc, præter apologum, fere nulla. Quam multos olim tulit Græcia Romaque philosophos, vitiorum acerrimos insectatores, hortatoresque virtutum! Quid illi tamen aut sibi ad famam, aut ceteris ad sapientiam honestatemque profuerunt? Siletur vulgo de discipulis: plerorumque magistrorum memoria, simul cum nomine ipso sensim obscurata, ad ultimum interiit; dum nulla ætas de ingeniosis illis fabulatoribus, Æsopo ac Phædro, conticescet. Quis legum divinarum humanarumque scientia, morum disciplina, civitatum moderandarum prudentia, celebratior Solone illo fuit, qui tanquam præsens aliquis deus Atheniensibus habebatur? Est nihilominus ubi Crœsus contempsit veluti delirantem senem; Æsopum vero nulla alia re quam apologis suis insignem, omni humanitate, benevolentia, honore complexus, consiliorum suorum voluit esse participem, regni consortem, pæne dixi, solum jussit in Lydia regnare.

CINQUIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Ὁ Μιθριδάτης τέκνων τοσῶνδε καὶ φρουρίων καὶ τῆς ἀρχῆς ὅλης ἀφῃρημένος, καὶ ἐς οὐδὲν ἀξιόμαχος ἔτι ὤν, ὅμως οὐδὲν οὐδὲ τότε ἧ ταπεινὸν ἧ συμφορῶν ἄξιον ἐνεθυμεῖτο· ἀλλ' ἐς Κελτοὺς, ἐκ πολλοῦ φίλους οἱ ἐπὶ τῷδε γεγονότας, ἐπενόει διελθὼν ἐς τὴν Ἰταλίαν σὺν ἐκείνοις ἐμβαλεῖν· ἐλπίζων οἱ πολλὰ

* Premier prix. Chollet (Charles-Emmanuel-Isidore-Auguste), né, le 2 octobre 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Moris (Achille-Jean-Alexandre), né, le 7 septembre 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

καὶ τῆς Ἰταλίας αὐτῆς ἔχθει Ῥωμαίων προσέσεσθαι· πυνθανόμενος ὧδε καὶ Ἀννίβαν πρᾶξαι, καὶ ἔναγχος τὴν Ἰταλίαν σχεδὸν ἅπασαν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσαν ὑπὸ ἔχθους καὶ ἐπὶ πλεῖστον αὐτοῖς πεπολεμηκυῖαν, Σπαρτάκῳ τε μονομάχῳ συστᾶσαν ἐπ' αὐτούς. Ταῦτα ἐνθυμούμενος ἐς Κελτοὺς ἠπείγετο. Τοῦ δὲ τολμήματος ἂν αὐτῷ λαμπροτάτου γενομένου, ὁ στρατὸς ὤκνει, δι' αὐτὸ μάλιστα τῆς τόλμης τὸ μέγεθος, ἐπί τε χρόνιον στρατείαν καὶ ἐς ἀλλοτρίαν γῆν ἀγόμενοι, καὶ ἐπὶ ἄνδρας ὧν οὐδὲ ἐν τῇ σφετέρᾳ κρατοῦσιν· αὐτόν τε τὸν Μιθρίδατην ἡγούμενοι, πάντων ἀπογιγνώσκοντα, βούλεσθαί τι δρῶντα καὶ βασιλιζόμενον μᾶλλον ἢ δι' ἀργίας ἀποθανεῖν, ὅμως ἐνεκαρτέρουν καὶ ἡσύχαζον· οὐ γάρ τι σμικρὸς οὐδ' εὐκαταφρόνητος ἦν βασιλεὺς οὐδ' ἐν ταῖς συμφοραῖς.

APPIAN. *De Bell. Mithrid.*

TRADUCTION LATINE.

Mithridates, tot liberis et castellis totoque regno spoliatus, dignitate quoque amissa, tamen ne tum quidem quidquam humile aut præsente calamitate dignum cogitabat : sed ad Gallos, quorum jam ante hac de causa paraverat amicitias, iter destinabat, ut cum iis Italiam invaderet; sperans multos ipsius Italiæ populos odio Romanorum sibi adjungendos. Audiverat enim et Annibali hoc successisse, quin et nuper fere omnem Italiam a Romanis defecisse odio publico, et gessisse cum iis bellum diuturnum, ac Spartaco gladiatori contra eos favisse. Hæc animo volutans properabat in Galliam. Eos magnificos conatus destituit exercitus, deterritus ipsa immani audacia, et expeditionis diuturnitate, tum quod in alienam terram ducerentur contra viros quos ne domi quidem sustinere potuerant : et existimabant Mithridatem, rebus suis desperatis, velle fortiter potius ac regie vitam finire quam in otio, durabant tamen aliquantisper et quieti eum patiebantur : erat enim non mediocris et haudquaquam contemnendus rex vel in calamitatibus.

Digitized by Google

SIXIÈME.

THÈME LATIN *.

Un écrivain célèbre dit qu'on ne peut charger l'enfance de la connaissance de trop de langues. Il n'est pas, en effet, d'étude plus analogue à cet âge, et qui fortifie mieux la mémoire, le jugement et la sagacité. Toutefois, il importe plus de bien apprendre, que d'apprendre beaucoup. La meilleure règle à cet égard, c'est de vous appliquer d'abord à un idiome dont le vôtre soit dérivé, et qui, par sa nature, vous aide à mieux comprendre et à mieux parler votre propre langue. C'est une erreur de croire qu'en s'exerçant à l'intelligence des auteurs latins, on ne devienne pas plus capable d'entendre et de sentir les auteurs français. Ces deux études s'aident mutuellement; plus vous vous attachez à l'une, plus vous profitez même pour l'autre. Craignez donc de préférer ce qui vous semble le plus facile, et ne doutez pas que la route la plus laborieuse ne soit aussi la plus sûre, et ne vous conduise au terme que vous êtes dignes d'atteindre. En effet, ce n'est pas seulement une langue étrangère qu'il s'agit d'apprendre; il faut surtout rendre l'esprit attentif et pénétrant, le jugement solide et droit, le goût sain et ami du vrai. Comment y parvenir mieux que par un travail assidu, pour entendre exactement et traduire avec fidélité les expressions et les pensées de grands et judicieux écrivains?

* Premier prix. De Bibesko (Nicolas), né, le 27 juin 1831, à Bucharest (Valachie), Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Troussel (Léon), né, le 15 novembre 1829, au Havre, (Seine-Inférieure), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

SIXIÈME.

VERSION LATINE *.

Librorum *De re rustica* primordium Mago Carthaginiensis talibus auspicatus est sententiis : « Qui agrum parabit, domum vendat, ne malit urbanum quam rusticum larem colere. Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico prædio non erit opus. » Quod ego præceptum, si posset his temporibus observari, non immutarem. Nunc, quoniam plerosque nostrum civilis ambitio sæpe evocat, ac sæpius detinet evocatos, sequitur ut suburbanum prædium commodissimum esse putem, quo ut occupato quotidianus excursus facile post negotia fori contingat. Nam qui longinqua, ne dicam transmarina rura mercantur, velut hæredibus, patrimonio suo, et, quod gravius est, vivi cedunt servis suis. Censeo igitur in propinquo agrum esse emendum, quo et frequenter dominus veniat et frequentius se venturum quam sit venturus denuntiet. Sub hoc enim metu cum familia villicus erit in officio. Quidquid vero dabitur occasionis, ruri moretur : quæ non sit mora segnis, nec umbratilis. Nam diligentem patremfamilias decet agri sui particulas omnes, et omni tempore anni frequentius circumire, quo prudentius naturam soli, sive in frondibus et herbis, sive jam maturis frugibus contempletur : nec ignoret quidquid in eo recte fieri poterit. Nam illud vetus est, et Catonis : Agrum pessime mulctari, cujus dominus quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum.

COLUMELLE. *De re rustica.*

* PREMIER PRIX. Gautier (Joseph-Léon), né, le 9 novembre 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne. — DEUXIÈME PRIX. Chaleix (Jacques-Eugène), né, le 21 juin 1830, à Rochefort (Charente-Inférieure), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

COPIES
D'ÉLÈVES COURONNÉS.

RHÉTORIQUE.—DISCOURS LATIN.

PREMIER PRIX (VÉTÉRANS). PRIX D'HONNEUR.

Si unquam fuit, summi Græciæ præsides, ut diis immortalibus gratias pro rebus bello bene gestis ageremus, maximas profecto illis pro recentiore illa pugna debemus, quam omnes semper omnium seculorum homines laudibus extollent et admiratione prosequentur; quæ omnes semper libertatis defensores ad audendum incitabit, et optimæ causæ fiduciam quam maximam injiciet. Neque igitur nos solummodo, sed omnes deinceps fortes ac strenui viri summas diis gratias referent, quod virtuti ac libertati ad bene de se suoque cœlesti præsidio sperandum æternum documentum præbuerunt, quodque futuris seculis nostrum ad imitandum exemplum semper expositum manebit. Nunc nostrum est partam nostram laudem nulla macula obscurare, nullo vitio deformare; nostrum est providere, ut semper nos nobis ipsis dignos ostendamus, ut bene parta victoria bene utamur, ut ferendæ felicitatis moderatione felices usque stemus. Nos autem ita semper ut modestos sapientesque tuebuntur dii, si solis nobis qui vicimus nostræ victoriæ utilitatem non vindicabimus, si non illum triumphum nostro solum imperio prodesse volemus, sed gloriæ palma contenti, ex qua, ut est nobis propria peculiarisque, nemo quidquam decerpere potest, libertatis ac salutis fructum ad omnem Græciam pervenire sinemus, et vel cum iis, qui periculi societatem non inierunt, liberali animo partiemur.

Mihi vero nostrarum hic deliberationum initia perspicienti vehementer angitur animus : quippe qui sparsa jam omnium malorum semina inter nos atque adeo gliscentia, civitatum aliarum adversus alias invidiæ subjectas faces, et jam in divortii

Digitized by Google

modum Græciæ partem ab altera dissidentem videam. Quid? Nos vix a persico illo tumultu respirantes intestino nos ipsos uremus bello? Xerxem cum illo classis apparatu e Græciæ finibus ejecerimus, ut statim illi Græciam civilibus discordiis laborantem seque ipsam suis viribus conficientem, dulcissimum sane et barbaris oculis maxime fruendum spectaculum offeramus? Quem alium nobis animum imprecentur Persæ, quam illum in civile odium præcipitem, et se invidia potius quam æmulatione exercentem, et ad cujusque malum potius discordem quam in commune omnium bonum conspirantem, atque, ut ita dicam, conflatum? Vos, vos, inquam, Lacedæmonii, quum tot civitates a Græciæ sinu abruptas vultis, et velut in æternum opprobrium immani sententia protruditis, vos hoc ipsum agitis quod Xerxis legati, si ad hoc nostrum concilium admitterentur, haud pro dubio suaderent. Idem quod Xerxes, Persarum rex, vos ad Salamina victores cupitis, idem exoptatis.

Satis nimiumque sua nostraque arma expertus Xerxes, quid jam in tot ignobilium gentium promiscua turba, quid in incondita illa multitudine, ad ostentationem tantummodo valente, quid denique spei in sua inani virium jactatione ponere potest? Satis expertus est quantum minæ adversus Græcos valerent, quantum inter viros atque homines servitute corruptos interesset. Et semper nos contra illum nostra indoles virtute ipsa conformata, nostrum libertate elatum concitatumque ingenium satis instruet, satis propugnabit. Ne illud quidem quod ex ignotis rebus præstigium nasci solet, nobis nunc officit; tuti a barbaris securique in perpetuum sumus, modo ne novam aliquam nos invadendi opprimendique viam eis ultro muniamus, neve doceamus quo pacto in Græciam, unde aperta vi exterminati sunt, per dolum rursus, nostra amentia freti, possint irrepere. Hanc illis viam Spartani nunc indicant, hos in communem patriam aditus communi hosti aperiunt, dum alteram Græciæ partem ab altera penitus abscissam et velut exlegem conantur efficere.

Sed quæ tandem est causa cur tot Græciæ gentes (neque enim plus quam civitates una et triginta adversus barbaros acie steterunt) tanta ignominia afficiant, et Thessalis Thebanisque in æter-

Digitized by Google

num spem communicandæ patriæ usurpandæque nobiscum æquæ libertatis præcidant? Quia nempe, quum Persæ Thermopylis imminerent, atque effuso agmine universam Græciam se cooperturos minarentur, illi, barbarorum numero præstrictis oculis, ipsis mentibus atque adeo manibus obstupefactis, nunquam illam tot populorum molem a se arceri posse crediderunt, et lenius, nullo resistente, diffluere, quam obstaculis velut excitatam torrentis modo prorumpere maluerunt. Quod si nos pulchre atque etiam feliciter irruentibus barbaris restitimus, nolimus tamen Thessalorum Thebanorumque opes nostris opibus metiri. Angustius ad instruendos apparatus firmandosque animos tempus habuerunt, neque obvium fuit mare, quo classe transgressi barbaros eluderent. Denique, quum magni animi longo suarum virium periculo exoriantur, minime mirum est, qui jamdudum pace, otio ac tenui re se continebant, eos non pares coram animos ad tantum discrimen obeundum statim nactos esse, nobisque, Spartani, ac nostræ spectatæ virtuti ad expediendam omnium salutem esse confisos. Et quemadmodum priori otio excusationem aliquam non abnuendam prætendunt; ita nunc, quum nostris exemplis firmati munitique sint, se extremæ ignaviæ condemnandos et ab illo Græciæ consortio ad perpetuum segregandos fateantur, nisi nostris fortiter insistant vestigiis, et priorem culpam (nam dissimulari non potest) omni ope atque studio redimant. Sed ne hoc quidem passuri sunt Lacedæmonii, ut nova gloria noxæ memoriam isti aboleant; omnem pœnitentiæ viam intercludunt; quia Thessali Thebanique et Argivi segnioribus animis hostem adventantem viderunt, Spartani alienos hostilesque animos invitis induere in perpetuum volunt; nullum perfugium adversus civium contemptum nisi in Persarum amicitia relinquunt; malunt eos præsentis ignominiæ dolore in barbarorum societatem ire præcipites quam concepti prius dedecoris inustæque labis pudore inflammatos patriæ qualicumque discrimine adeundo et profundendo sanguine satisfacere. Quid? quod nunquam singulis viris ademptum est, ut admissum peccatum nova virtute superarent et defectionis labem pericula contemnendi gloria eluerent, hoc universis civitatibus non concedetur? Præsertim quum

Digitized by Google

nova Persarum multitudo discordiis nostris jam sit interventura, et nostra dissensione ad nostram perniciem abutatur. Nolite novos jam Persas ex ipsis Græciæ indigenis efficere; nolite tot Græciæ civitates communi jure deminutas Persis obviam immittere, et regiæ servituti, dum magis intolerandam suorum tyrannidem effugient, per vestram istam superbiam tradere. Sinite hos homines Græcos esse : jam Persæ, certo scio, Græcos esse agnoscent.

Credite mihi, Spartani : jam is suadeo, cui fides olim nec infeliciter sit adhibita. Et Eurybiadem, ut ipse testari potest, non pœnituit fidei meo consilio habitæ, quum eum pugnam detrectantem jamque in Peloponnesi tutelam retro vela flectentem orando implorandoque ad obeundum certamen revocavi. Itaque jure ac merito illi primam bellicæ virtutis palmam decrevistis, quippe qui non a patria virtute degeneraverit. Sed tamen modicus ille dux, et qui etiam opis alienæ rationem haberet, non ad se omnem illius prœlii laudem traxit, sed gloriæ partem, quæ prudentiæ consiliique esset, mihi deferri æquo animo passus est. Simul spartana civitas, quæ semper suum cuique tribuit atque rependit, Athenas ipsas, me ita ornato celebratoque, justis honoribus decoravit, et reddito sociæ virtuti testimonio, suam ipsius laudem magis auxit quam imminuit. Neque illius mihi quasi dati a vobis pignoris hodie meminissem, neque vos illius vestri judicii admonerem, nisi summam reipublicæ agi hodie sentirem, meæque sententiæ constans omnino securusque essem : sicut olim Eurybiades me a meo consilio defendendo ne illis quidem minis deterruit. Vos, Spartani, per vestrum illud quod mihi dedistis fidei omen, obsecro atque obtestor ne illi honores, quibus et me et meam mecum patriam ornavistis, inanes et specie tantum habiti videantur. Nam quo pertinuit illa vestra frequentia, ille concursus me Spartam ovanti gaudio deducentium? quo pertinuit ille mihi delatus olivæ ramus, Palladis cive dignissima merces, si nunc mihi ludibrium hoc fuisse et nugatoriam pompam significatis? Vestrum olim de me judicium hodie in consilium adhibete. Mutuam quoque Spartanorum atque

Digitized by Google

Atheniensium erga se gratiam, hoc precibus nostris remittendo, colite et confirmate.

Videte ne duri ac superbi videamini, si dimidiæ Græcorum parti infamiam inflictam velitis sempiternam; leves, si me dissuadente, qui vestram istam de me vocem hodie pigneror, denique amicitiæ nobiscum parum curiosi parumque memores, si repulsam a vobis in tali re tulerimus. Nos Athenienses, qui fere totam Xerxis rabiem in nostra urbe excepimus, qui nostras dirutas domos, eversa templa, deorum aras atque delubra æquata solo, gloriosas partæ libertatis cicatrices, nunc etiam ostendimus, nos, ignominiam pro tot Græcis deprecantes, non audietis? At nobis Hercule semper illi pro fratribus erunt, semper suam patriæ communis partem a nobis obtinebunt. Vos suscipite invidiam, vos omnem humanitatem abjicite, non hanc ideo nobis extorquebitis. Sed non ita vobiscum loquendum est. Vos potius videte quam re pulchrum futurum sit, quam beneficio gratum omnem Græciam per Persarum victores restitutam dici : ut pateat nos non magis famæ utilitatique nostræ quam universæ Græciæ libertati ad Salamina consuluisse. Proinde illam, illam libertatem, ut virtutis nostræ donum victoriæque fructum Thessalis, Thebanis, Argivis, ceterisque largiamur. Illi vero hoc munus non sicut gratuito datum accipient, sed meritis in Græciam collatis semper persolvendum putabunt.

M. A. A. Blandin,
Élève du Collége royal de Charlemagne.
Institution Verdot.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Græciam, o socii, liberos parentesque, domos ac templa, omnia denique singulari quadam fortunæ providentia et civium nostrorum virtute conservata habemus et redintegrata. Sinite me igitur, in hoc frequentissimo et lætissimo consessu, maximas diis immortalibus gratias solvere, quorum beneficio vita nobis et requies redit; patriaque, assiduis exercita periculis, nunc ad jucundissimam libertatis auram major ac superbior renascitur. Sci-

Digitized by Google

licet vobis, o superi, tibique in primis, Pallas, præses nostræ civitatis, provisum est ne divinis exstructa auspiciis, et tot annis, tot laboribus, tam variis vicibus amplificata potentiæ moles, irruentis totius Asiæ impetu labefacta corrueret. Per vos intactum adhuc viget et incolume quod floris unquam et roboris fuit. Per vos jam deleta est ista nomini nostro inhærens macula, fuisse gentem aliquam quæ per cædem et vastitatem ad evertendam Græciam grassata fuerit. Per vos, in recenti virium nostrarum discrimine, integra stetit et immobilis civium virtus, qui patriam ab imminenti servitute vindicavere, Medorumque regem, post marathoniam salaminiacamque cladem, ad id desperationis adduxere ut maria ac terras fuga ignominiosa trepidus impleret. Ergo vobis plaudite, o socii, quorum ope propulsata est ista barbarorum colluvies; pulcherrimumque hunc gloriæ titulum usurpate, cujus infra splendorem omnis obtrectatio et invidia jaceat.

Id nunc, in hoc prospero rerum nostrarum cursu, superest ut bene parta victoria bene utamur, triumphumque nostrum ut diis acceptissimum, ita nobis quam utilissimum præbeamus. Quem dii ita tantum fortunabunt, si plus apud animos nostros recens ista societas et commune fœdus quam simultates vetustate jam temporum exoletæ valuerit. Quorsum enim tot exhausti labores, tot contempta discrimina pertinuere, nisi ut fructum hunc, debellatis Medis, consequamur, ut vires nostræ firmissimis concordiæ vinculis crescant et amplificentur? Nempe victores victoria nos in posterum dignos comprobemus oportet. Quod quidem in manu nostra positum est, si arma adversus hostes semper consociemus. Quænam autem vestra illa mens qui decoros quidem et gloriosos, sed parum civiles spiritus in medium affertis, quos ista offendere videtur ad defendendam libertatem civitatum omnium conspiratio, dum Thessalos, Argivos, Thebanosque in commune concilium admitti posse negatis? Placet ergo vobis in diversa studia Græciam scindi et liberum patere dissidiis campum? plusque nobis calamitatis secunda fortuna faciet quam adversa unquam attulit? Quid enim perniciosius excogitari potest quam si arma adversus Medos feliciter spectata in

Digitized by Google

perniciem nostram dementes convertamus? Quis lætior unquam ad Persas venturus est nuntius, quam qui referat non ita infructuosam fuisse acceptam apud Salamina cladem, quum Græcia, triumphis suis fessa et debilitata, dissidiis perturbetur, quasque in debellandos hostes melius adhibeat opes, in suum ultro exitium depravare videatur?

in littore leni marmore molliter ludit. Quid vero tunc? debacchante vento, excitatum mare sæviebat : et fluctus, ut in tali jactatione sæpius accidit, aut procul assurgentes paulatim eminebant, aut imminuti in littore emoriebantur, aut vicinis saxis concidentes frangebantur, et per auras, spumantis nebulæ instar, evanescebant. Mox lapilli, algæ, conchæ et ostrearum levissimæ, prout mare evomuerat, in littore volvebantur : relabente autem fluctu, ex illis nonnulla iterum rapiebantur in mare. Interea scopuli immoti perstare et inconcussi, quasi nulla tempestas sæviret, fluctibusque tantum verberari. Hæc autem in philosophiæ utilitatem converti, et mihi spectaculum illud documento fuit. Nonne, inquiebam, vitæ nostræ et rerum humanarum imaginem mare exhibet? Ex utraque parte multa sunt amara et incerta ; similes sunt ventis subiti et improvisi rerum casus. Scopuli vero his scopulis haud indigni mihi videbantur quicumque, philosophia et ratione magistra usi, et supra ceterorum imbecillitatem assurgentes, omnia constanter ac pertinaciter ferunt, et iis, quos volvit tempestas, aut, philosophiæ causa, irrident, aut eorum, humanitatis gratia, miserentur.

TROISIÈME.

THÈME GREC *.

Le temps est précieux, mais on n'en connaît pas le prix : on le connaîtra quand il n'y aura plus lieu d'en profiter. Nos amis nous le demandent, comme si ce n'était rien, et nous le donnons de même. Souvent il nous est à charge ; nous ne savons qu'en faire et nous en sommes embarrassés. Un jour viendra qu'un quart d'heure nous paraîtra plus estimable et plus désirable que toutes les fortunes de l'univers. Dieu, libéral et magnifique dans tout le reste, nous apprend, par la sage économie de sa providence, combien

* Premier prix. Vesque (Joseph-Emmanuel), né, le 10 septembre 1828, à Triel (Seine-et-Oise), Élève du Collége Stanislas. — Deuxième prix. Viguier (Paul-Louis), né, le 28 juillet 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

nous devrions être circonspects sur le bon usage du temps, puisqu'il ne nous en donne jamais deux instants ensemble, et qu'il ne nous accorde le second qu'en retirant le premier et qu'en retenant le troisième dans une entière incertitude, si nous l'aurons. Le temps nous est donné pour ménager l'éternité : et l'éternité ne sera pas trop longue pour regretter la perte du temps, si nous en avons abusé.

QUATRIÈME.

THÈME LATIN *.

Faut-il s'étonner si les poëtes ont animé tout l'univers, s'ils ont donné des ailes au vent et des flèches au soleil, s'ils ont peint les fleuves qui se hâtent de se précipiter dans la mer, et les arbres qui montent vers le ciel, pour vaincre les rayons du soleil par l'épaisseur de leurs ombrages? La poésie n'a fait qu'attribuer aux créatures inanimées le dessein du Créateur, qui fait tout en elles. Du langage figuré des poëtes, ces idées ont passé dans la théologie des païens. Ils ont supposé un art, une puissance, une sagesse divine dans les créatures même les plus privées d'intelligence. Chez eux les fleuves ont été des dieux, et les fontaines des naïades; les bois et les montagnes ont eu leurs divinités particulières; les fleurs ont eu Flore, et les fruits Pomone. Plus on contemple sans prévention toute la nature, plus on y découvre la trace manifeste d'un Dieu créateur.

* Premier prix. Aquarone (Joseph), né, le 26 février 1830, à Gibraltar (Espagne), Élève du Collége Rollin. — Deuxième prix. Possoz (Félix), né, le 15 juin 1829, à Lille (Nord), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

VERSION LATINE *.

Quem summa cura instituimus, adolescens is ita studeat præstare ceteris in omni doctrinæ ac virtutis instrumento, ut ad ea quæ sunt adolescentium communia cum paribus se dedat, et currere, saltare, ludere eos utique lusus quibus exerceatur corpus, et habilius bene moratæ mentis mancipium evadat, minime dedignetur. Non austerum enim aut tetricum esse adolescentem volumus, sed hilarem, et comem, et ad omnia quæ modestius sese agens fert ætas, promptum ac paratum. Inde fiet ut, quum eum, propter humanitatem naturæ, sui æquales diligant, tum propter integritatem morum, animique candorem, quæ maxima laus est, et aptius ingenium ultro colant ac venerentur. Sic autem ab illo aliqua virtutum specimina, familiaris consuetudinis usu, et quasi contactu attrahent alii, et eo melius, quo facilius ac lubentius, imitando referent. Hoc quidem in hanc partem accipiendum censemus, ut plurima civitati bene ac feliciter cessura, si puerorum recta educatio publice ordinetur, plurima autem adolescentibus ipsis ex unius optime instituti adolescentis exemplo bona eventura reputes. Plus enim re quam verbis, bene agendo quam bene monendo proficitur, et in hoc multorum a teneris una crescentium convictu ea præcipua spes, et auspicatior vitæ incipientis conditio est, quod inter plures optimus aliquis semper emineat, et omnibus non male natis et probe institutis optimum quemque æmulari natura et usu insitum sit.

* Premier prix. Demonjay (Christophe-Léon), né, le 17 novembre 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Aquarone (Joseph), né, le 26 février 1830, à Gibraltar (Espagne), Élève du Collége Rollin.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Χρὴ διανοεῖσθαι πάντα τινὰ καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς ἄλλον διεξιόντα μετὰ σπουδῆς, ὡς οὐχ ὁ μακρότατος βίος ἄριστος, ἀλλ' ὁ σπουδαιότατος. Οὐδὲ γὰρ ὁ πλεῖστα κιθαρῳδήσας, ἢ ῥητορεύσας, ἢ κυβερνήσας, ἀλλ' ὁ καλῶς, ἐπαινεῖται. Τὸ γὰρ καλὸν οὐκ ἐν μήκει χρόνου θετέον, ἀλλ' ἐν ἀρετῇ καὶ τῇ καιρίῳ συμμετρίᾳ· τοῦτο γὰρ εὔδαιμον καὶ θεοφιλὲς εἶναι νενόμισται. Διὰ τοῦτο γοῦν τοὺς ὑπεροχωτάτους τῶν ἡρώων, καὶ φύντας ἀπὸ θεῶν, πρὸ γήρως ἐκλιπόντας τὸν βίον οἱ ποιηταὶ παρέδοσαν ἡμῖν· ὥςπερ κἀκεῖνον,

> Ὃν περὶ κῆρι φιλεῖ Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
> Παντοίην φιλότητ', οὐδ' ἵκετο γήραος οὖδον.

Τὴν γὰρ εὐκαιρίαν μᾶλλον, οὐ τὴν εὐγηρίαν, πανταχοῦ καθορῶμεν πρωτεύουσαν. Καὶ γὰρ ἄριστα φυτῶν τὰ πλεῖστον καρπὸν ἐν βραχεῖ φορᾶς ποιούμενα, καὶ ζώων, ἀφ' ὧν ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ πολλὴν πρὸς τὸν βίον ὠφέλειαν ἔχομεν. Τό τε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα. Τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια, κατὰ Σιμωνίδην, ἔτη στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς. Ἐπεὶ καὶ τῶν ζώων ἐκείνων, ἅπερ ἱστοροῦμεν περὶ τὸν Πόντον γινόμενα, τὴν ζωὴν ἔχειν ἡμερησίαν, ἕωθεν μὲν γεννώμενα, μέσης δ' ἡμέρας ἀκμάζοντα, δείλης δὲ γηρῶντα καὶ τελειοῦντα τὸ ζῆν, οὐχὶ κἀκείνων ἦν ἂν τὸ καθ' ἡμᾶς πάθος, εἴπερ ψυχή τις ἀνθρωπίνη καὶ λογισμὸς ἑκάστοις ἐνῆν, καὶ ταὐτὰ δήπου γ' ἂν συν-

* Premier-prix. Aquarone (Joseph), né, le 26 février 1830, à Gibraltar (Espagne), Élève du Collége Rollin. — Deuxième prix. Malvoisin (Édouard), né, le 30 juin 1829, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

ἐπιπτεν; ὥστε τὰ πρὸ μέσης τῆς ἡμέρας ἐκλείποντα θρήνους παρέχειν καὶ δάκρυα, τὰ δὲ διημερεύσαντα πάντως ἂν εὐδαιμονίζεσθαι. Μέτρον γὰρ τοῦ βίου τὸ καλὸν, οὐ τὸ τοῦ χρόνου μῆκος.

PLUTARQUE, *Consolation à Apollonius*, ch. 17.

TRADUCTION LATINE.

Quisque et secum cogitare et cum aliis serio commentari debet, non vitam longissimam esse optimam, sed quæ virtute maxime regitur. Neque enim qui plurimum fidibus cecinit, aut oravit, aut naves gubernavit, in laude est, sed qui optime illa fecit. Nam pulchritudo non in temporis longitudine, sed in virtute et tempestiva moderatione collocanda est : hoc beatum et diis gratum censetur. Atque hanc ob causam excellentissimos heroum, et a diis prognatos, poetæ nobis proponunt, qui ante senectutem cum morte vitam commutent. Quando ille etiam

> Quem summo divum genitor complexus amore
> Dilexit, Phœbo neque carior exstitit alter,
> Non potuit senii supremum limen adire.

Videmus enim quavis in re priores partes tribui, non ætati longæ, sed maturitati. Nam et inter plantas eæ habentur præstantissimæ quæ plurimum fructus minimo tempore ferunt; et inter animalia, e quibus non longo temporis spatio plurimum utilitatis vita nostra percipit. Præterea si cum æternitate compares vitæ tempus, nihil discriminis inter breve et longum invenies. Nam, Simonide quidem judice, anni mille aut decem annorum millia punctum quoddam sunt infiniti temporis, aut potius minima puncti portiuncula. Juxta Pontum animalia quædam nasci memoriæ proditum est, quorum vita unius diei termino includatur, quum nascantur mane, meridie vigeant, consenescant vespere vivendique finem faciant : nonne censes, si his animus hominis et ratio inesset, eodem quo nos more afficienda esse, eademve illis eventura? Scilicet ut quæ ante meridiem morerentur, luctus et lacrymarum causam præberent? Quorum autem totum diem durasset vita, beata omnino prædicarentur? Mensura enim vitæ est honestum, non autem temporis longitudo.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

THÈME GREC *.

Si vous avez quelque passion, qui élève vos sentiments, qui vous rende plus généreux, plus compatissant, plus humain, qu'elle vous soit chère. En toute occasion, quand vous vous sentirez porté vers quelque bien, lorsque votre bon naturel vous sollicitera pour les misérables, hâtez-vous de vous satisfaire. Craignez que le temps, les conseils n'emportent ces bons sentiments, et n'exposez pas votre cœur à perdre un si précieux avantage. Il ne tient pas à vous de devenir riche, ou d'obtenir des honneurs; mais rien ne vous peut empêcher d'être bon, généreux et sage. Préférez la vertu à tout : vous n'y aurez jamais de regret. Il peut arriver que les hommes, qui sont envieux et légers, vous fassent éprouver leur injustice; mais la vertu vaut mieux que la gloire.

CINQUIÈME.

THÈME LATIN *.

Le plus grand avantage de l'étude bien dirigée, c'est de former le cœur et de lui inspirer des inclinations généreuses.

* Premier prix. Levasseur (Pierre-Émile), né, le 8 décembre 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Durand-Claye (Charles-Léon), né, le 7 mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

** Premier prix. Alaux (Isidore-Édouard), né, le 10 décembre 1830, à Lavaur (Tarn), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Boileau (Dieudonné-Alexandre), né, le 24 novembre 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

A ce prix surtout la culture des lettres mérite bien nos efforts. On pourrait craindre d'y donner trop de temps, si elle ne servait qu'à orner l'esprit d'une agréable parure; mais, si elle nourrit l'âme de nobles sentiments, on doit craindre seulement de ne pas porter assez d'ardeur et d'assiduité dans cette occupation salutaire; et il faut s'y livrer de bonne heure et tout entier. Je ne sais s'il n'est pas vrai de dire qu'aucune condition de la vie n'est préférable à celle du jeune homme intelligent et zélé, qui se plaît au travail, et se perfectionne en s'instruisant. Combien un jour il se félicitera de l'heureux emploi de ces premières années, qui passent si vite, et qui ne se remplacent pas! Combien lui auront profité ces premières couronnes, qui récompensent et font naître le goût des habitudes laborieuses et le sentiment de l'estime publique!

CINQUIÈME.

VERSION LATINE*.

De obsidione Syracusarum.

Habuisset magno impetu cœpta res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat, unicus spectator cœli siderumque, mirabiliqr tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. Murum per inæquales ductum colles (pleraque alta et difficilia aditu, submissa quædam et quæ planis vallibus adiri possent), ut cuique aptum visum est loco, ita omni

* Premier prix. Monin (Philibert-Alexandre), né, le 28 août 1830, à Saint-Just (Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne.— Deuxième prix. De Goncourt (Jules-Alfred), né, le 15 décembre 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

genere tormentorum instruxit. Achradinæ murum, qui mari adluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex ceteris navibus sagittarii funditoresque, et velites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est, vix quemquam sine vulnere consistere in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naves. Junctæ aliæ binæ ac quinqueremes, demtis interioribus remis, ut latus lateri applicaretur, quum exteriore ordine remorum velut naves agerentur, turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Adversus hunc navalem apparatum Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris disposuit; atque ita maritima oppugnatio est elusa, omnisque vis est eo versa, ut totis viribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hieronis impensis curaque per multos annos, Archimedis unica arte.

CINQUIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Οἱ Ἄραβες τὸν βίον ἔχουσιν ὑπαίθριον, πατρίδα καλοῦντες τὴν ἀοίκητον, τὴν μήτε ποταμοὺς ἔχουσαν, μήτε κρήνας δαψιλεῖς ἐξ ὧν δύνατον στρατόπεδον πολέμιον ὑδρεύσασθαι. Νόμος δ' ἐστὶν αὐτοῖς μήτε σῖτον σπείρειν, μήτε φυτεύειν μηδὲν φυτὸν καρποφόρον, μήτε οἴνῳ χρῆσθαι, μήτε οἰκίαν κατασκευάζειν· ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιῶν εὑρίσκηται, θάνατον αὐτῷ πρόστιμον εἶναι. Χρῶνται δὲ τῷ νόμῳ τούτῳ διαλαμβάνοντες τοὺς ταῦτα

* Premier prix. Crouslé (François-Léon), né, le 29 mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. De Goncourt (Jules-Alfred), né, le 15 décembre 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

κτωμένους ἀναγκασθήσεσθαι ὑπὸ τῶν δυνατῶν, ἕνεκα τῆς τούτων χρείας, ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. Τρέφουσι δὲ αὐτῶν οἱ μὲν καμήλους, οἱ δὲ πρόβατα, τὴν ἔρημον ἐπινέμοντες· φιλελεύθεροι δέ εἰσι διαφερόντως, καὶ ὅταν πολεμίων δύναμις ἀδρὰ προσίῃ, φεύγουσιν εἰς τὴν ἔρημον, ταύτῃ χρώμενοι ὀχυρώματι· φύεται γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ μέλι πολὺ τὸ καλούμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται πότῳ μεθ' ὕδατος. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα γένη τῶν Ἀράβων, ὧν ἔνια καὶ γεωργεῖ μιγνύμενα τοῖς φορολογουμένοις, καὶ μετέχει τῶν αὐτῶν τοῖς Σύροις πλὴν τοῦ κατασκηνοῦν ἐν οἰκίαις.

TRADUCTION LATINE.

Sub dio vitam vivunt Arabes, patriam vocantes regionem inhabitabilem, fluminibusque carentem et fontibus irriguis, unde hostium exercitus expleri possit. Frumentum autem terræ mandare, frugiferam arborem ullam serere, vino uti, domos ponere lege prohibentur: quam qui violaverit, mulctatur morte. Hanc vero legem observant, existimantes fore ut illi qui ea possident, fortiorum imperio, bonis fruendi causa, parere cogantur. Eorum alii camelos alunt, alii in desertis pascunt pecora: libertatis quidem sunt amantissimi, ita ut, si forte eos numerosa hostium manus adoriatur, in solitudinem fugiant, qua, velut arce, muniantur. Piper autem apud eos ferunt arbores et vim magnam mellis, cui ferino est nomen, et quod, bibendi causa, aqua diluunt. Sunt aliæ adhuc Arabum tribus, quarum nonnullæ, tributariis suis commixtæ, terram colunt, et eosdem, quos Syrii, mores usurpant; nunquam tamen domibus utuntur.

Digitized by Google

SIXIÈME.

THÈME LATIN *.

L'esprit a besoin de délassement comme le corps. Personne ne peut avoir honte ou regret de chercher quelquefois dans une lecture agréable et facile une distraction à de plus sérieuses études. Mais il importe que cette lecture soit parfaitement choisie. On doit prendre garde de laisser aux mains de l'enfance ou de la jeunesse tout ouvrage qui n'est pas irréprochable pour la morale et pour le goût. Plus l'esprit du lecteur est flexible et inexpérimenté, plus il convient de ne lui offrir que de purs modèles, de ne lui donner que de salutaires impressions. N'épargnez aucun soin pour remplir un tel devoir. Craignez toujours, malgré votre zèle, de n'être pas assez attentif à cet égard; ne craignez jamais de l'être trop. Vous n'aurez qu'à vous féliciter d'une précaution dont profite le cœur autant que l'intelligence.

SIXIÈME.

VERSION LATINE *.

Larix, qui non est notus nisi his municipalibus qui sunt circa ripam fluminis Padi et littora maris adriatici, non so-

* Premier prix. Hillemand (Charles-Constant-Beloyse), né, le 24 juillet 1831, à Mantes (Seine-et-Oise), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Chévrier (Adolphe-Charles), né, le 6 juin 1832, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

** Premier prix. De Savignac (Raimond-Camille-Valery-Louis), né, le 3 octobre 1830, à Caen (Calvados), Élève du Collége Stanislas. — Deuxième prix. Carré (Philippe-Gustave), né, le 19 décembre 1831, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

lum propter succi amaritatem ab carie aut tineis non læditur, sed etiam flammam ex igni non recipit, nec ipsé per se potest ardere, nisi uti saxum in fornace ad calcem concoquendam, aliis lignis uratur; nec tamen tunc flammam recipit nec carbonem remittit, sed longo spatio tarde comburitur. Divus Cæsar quum exercitum habuisset circa Alpes, imperassetque municipiis præstare commeatus, ibique esset castellum quod vocaretur Larignum, tunc qui in eo fuerunt, naturali munitione confisi, noluerunt imperio parere. Itaque imperator copias jussit admoveri. Erat autem ante ejus castelli portam turris ex hac materia, alternis trabibus transversis, uti supra, inter se compositæ alte, ut possent de summo sudibus et lapidibus accedentes repellere. Tunc vero quum animadversum est alia eos tela præter sudes non habere, neque posse longius a muro propter pondus jaculari, imperatum est fasciculos ex virgis alligatos et faces ardentes ad eam munitionem accedentes mittere. Itaque celeriter milites conjecerunt. Postquam flamma circa illam materiam virgas comprehendisset, ad cœlum sublata effecit opinionem ut videretur jam tota moles concidisse. Quum autem ea per se exstincta esset et requieta, turrisque intacta apparuisset, admirans Cæsar jussit extra telorum missionem eos circumvallari. Itaque timore coacti oppidani quum se dedidissent, quæsitum unde essent ea ligna quæ ab igne non læderentur. Tunc ei demonstraverunt eas arbores, quarum in his locis maximæ sunt copiæ, et ideo id castellum Larignum appellatur.

Digitized by Google

COPIES
D'ÉLÈVES COURONNÉS.

RHÉTORIQUE. — DISCOURS LATIN.

PREMIER PRIX (VÉTÉRANS), PRIX D'HONNEUR.

Troica est terra quam tenetis, milites; troici quos calcatis campi; urbem quam cernitis Troja fuit; nam, ut est nunc, exigua, et velut intra immensas ruinas latens, non nisi clari nominis memoriæque ingentis laudem sibi postulat; urbs quondam universæ Græciæ æmula, regina Asiæ, ampla mœnibus, ædificiis magnifica, ut narrant æquata solo culmina, disjectæ columnæ et vel in tanta deformitate mirabiles reliquiæ, immanes prorsus ruinæ, neque famæ suæ impares. Hac, inquam, terra, Europa Asiæ lenta colluctatione commissa est, ancipitibus diis, pendente diu fortuna per decem annos. Cecidit, invitis quanquam fatis, Troja, sed ita cecidit ut ex ipso incendio clarior resurgeret. Quippe recentes a flammis homines perpauci, incensa patria, amissis opibus, nudi ac destituti, in quibus trucidandis ferrum ignisque defecerant, aut fessa ceciderat victoris manus, contemptu Græcorum aut negligentia, eo ipso, quod nunc terimus, littore contracti, furtim solverunt, ut hinc, juvantibus diis, totam orbis universitatem legibus suis complecterentur. Auferebat secum Æneas, dux fugæ, victos deos, exsilii comites, itineris auspices, fatorum auctores, quos tandem certis statueret mœnibus, perque manus traderet posteris, et, tum maxime desperatis omnibus rebus, spem sibi præsumebat pulcherrimam. Viderat scilicet ex fumantibus patriæ ruderibus efferentem sese immensam quamdam romanæ gloriæ imaginem, et porrecta manu Italiam ostendentem, debitam imperio suo sedem, unde in cunctas gentes propagaretur. Salve ergo, terra prodigiis hominum tantis præsentiaque deorum venerabilis, terra sermonibus populorum

Digitized by Google

et vatum carminibus celebrata, digna quæ populi romani cunabula habeas; salve, sanctum patriorum deorum sacrarium, unde velut in Romæ hospitium sese transtulerunt. Adsumus, jam exsolutis fatis, pii ac grati, terramque maternam salutamus, non dissimilis avorum proles, nec deorum benignitate indigna, qui virtute nostra divinoque prorsus auxilio huc vincendo pervasimus, unde patres nostri, post infelicem constantiæ suæ exitum, magnum sibi triumphum duxerunt effugisse.

Neque enim falsos fuisse deos tanti ominis auctores, et ipsi intelligitis, milites, fausta fortuna, victricibus signis tot populos, tot regiones usque in hanc Asiæ oram emensi; et vel promissorum suorum fidem excessisse arbitretur, si quis ad hanc romani imperii, quatenus provecta est, fortunam respiciat. Jam quæcumque fugiens Æneas littora tetigerat, omnia firma manu coercet Roma: jam quidquid ille spe vix conceperat, fatis suis propter magnitudinem diffidens, peractum et absolutum videmus, nec in ulla re deorum fides incusari potest. Primum omnium conditam statim Romam, reputate quibus periculis, quibus ingruentium vicinorum assultibus tantum non elisa atque enecta multo nisu, et quotidiana vincendi consuetudine, ad hanc fortitudinem constantiamque erudita et informata sit, obscura primum et divina prorsus providentia in opportuniorem temporum seriem reservata, dum sibi paratus et pervius pateret orbis. Ex his initiis postquam invaluit, et continuis prœliis gliscens toti incubuit Italiæ, jam adulta et vegeta, et fatis suis matura, punicæ fortunæ adversum stetit: nec sine quadam gloriæ nostræ cura permiserunt superi, ut aliqua occurreret æmula nostræ vis atque potentiæ cùjus certamine accenderemur, ut vel adversariorum, vel nostram ipsorum virtutem superaremus. Languet atque hebescit nullis exercita obstaculis constantia, quæ repugnando ad majora erigitur excitaturque. Neque nobis adeo inutile fuit vel aliquot severiores fortunæ monitus accepisse, quibus edocti nostræ fortitudini consuleremus. Nunc, quum libuit diis, recreata ac corroborata Roma, vel ipsis cladibus major et validior, sine rivali caput tollit cunctis terris populisque imperiosum. Jacet Carthago effeta triumphis, unius cladis momento fracta æter-

Digitized by Google

numque afflicta, perniciosasque dolet victorias. Quare age, nullo exstante qui se nobis conferat populo, ad vincendum regendumque orbem totum, Roma nihil hercule virium, nihil virtutis desiderat; vincitque, sed cum ea magnanimitate vincit, ut prostratis condonatisque hostibus studium atque admirationem sui, potius quam propriæ cladis dolorem impatientiamque incutiat. Conteritur Philippus perjuramque Annibalis societatem luit; quis fructus belli, quæ conditio pacis injungitur? Nempe ut liberam manicis et compedibus Græciam eximat. Neque enim servos mavult Roma quam socios atque amicos; et ideo tantum se vicisse arbitratur, ut victis vitam, libertatem, otium reddat; voluntatem potius adimat nocendi quam facultatem. Sic igitur suam fortunam absolvit, felicitatemque suam ceteris populis approbat, quos sibi beneficiis magis quam vinculis alligat et devincit. Nunc quoque, milites, quum nova Asiæ injuria romanæ clementiæ causam præbeat, me aliquo deorum et patriæ piaculo obstrictum putem, si minus humane vincam, quam Romæ constantia liberalitasque jubent. Asiam invadimus, nostris non antea legionibus visam, mox, adjuvantibus diis, totam nostri futuram. Ita autem Syria vincatur oportet, ut felicitate tantum insperata, solo, si quod forte est, tyranni damno victam se sentiat; ita serviat, ut servituti ejus invideat reliqua Asia, séque ultro salutari jugo offerat. Sic tandem Roma digna erit ad quam, veluti quoddam gentium sacrarium, æmulatione summi numinis, vota et questus e diversis terrarum partibus adspirent, unde rursus auxilia et beneficia, tanquam ex divino fonte, manent et diffundantur.

Nec dii nobis minime deesse possunt, quorum auctoritatis potentiæque instrumenta esse videmur Romani; qui, sicut magna est quædam atque unica mundi immensitas, sic magnam aliquam, ex dissidentibus populis, coagmentatam civitatem constituimus, ut conciliatam nobis deorum benevolentiam ubique propagemus et communicemus. Ego vero, in hoc rerum discrimine quod instat, haud mediocre fortunæ nostræ momentum accesturum puto, si iisdem locis omnia repetimus, in Asiam regressi, unde majores quondam nostri, ab excidio Trojæ recentes, auspicia fugæ cepere, quum Italiam quærerent fatis suis addictam.

Digitized by Google

Ultro invitant in urbem suam Trojani, cognatus populus, et se a nobis loco parentum coli æquum censent, contemni vero putant, si dextras hospitiaque jungere recusamus. Ingrediamur ergo verecundo animo sanctas ruinas, et justum patrimonium hæredes exposcamus; potiamur Asia, priori nostra patria. Hic, inter silentia vastitate omnia, heroum umbras voce ciebimus, ostendemus non degeneres posterorum animos, et mente eorum ad nova facinora afflabimur. Hic antiquum illud religionum nostrarum domicilium inveniemus, unde pulsi dii Romam confugerunt, quo nunc, post longa exsilii secula, postliminio non indecore redeunt. Hic Vestæ ignes tamdiu sopiti ex cineribus excitari videbuntur. Hic tandem mitior facta Juno sævitiam suam deponet; arridebit et sacris instauratis Minerva, propria arce adorata, faustaque ineuntis belli auspicia dabit. Quibus demum rite renovatis, quum Asiæ vires fregerimus, non hercule magis nostra quam deorum illa victoria erit, quam læti et alacres arripiamus, licet.

Victoriam quis non spondere ausit nullius piaculi reis? Jam tota ad manum prompta est Asia, et ipse ultro in exitium properat Antiochus, ut, vel æquis diis, facile vincatur. Noscitis apprime regem nuper in Græcia arma vestra expertum, quam segnem! quam instabilem! quam indignum cognomento suo, quo se magnum mentitur! Vidistis eum ingenti sui exspectatione præoccupatos socios destituentem, aptis Thermopylis, quum Græciæ faucibus insideret, cessantem, temporibusque suis uti nescium, inter pocula et comessationes opportunam hiemem, quum instando et urgendo opus esset, amittentem, quin et unius aut alterius ignavi ministri consiliis obtemperantem, umbram potius regis, quam agilem et sui conscium regem. Illum vero qualemcumque Antiochum, tamen hic intra sua regna, quum non jam pro imperio, sed pro vita dimicat, magis formidabilem quam in Græcia esse neque ego inficior, neque vos ignorare velim, milites, ne forte incuria contemptuque hostis quidquam fortunæ committatis. Aciem offendetis multis millibus vix numerabilem. Quid autem! Hostes numerare non consuevimus. Populos aggrediemini diversis regionibus convocatos, quorum nomina vix ullus vestrum

Digitized by Google

fando audivit, Colchos, Bactros, Dahas, nominibus certe atro ciores quam armis, varium quidem, sed ignavum omnino Syrorum genus, non in Asia profecto fortiores quam in Græcia. Haudquaquam dissimili rerum fato ille Alexander magnus, cum eximia lectorum virorum paucitate in hæc ipsa Trojæ littora postquam descendit, Dario congressus, incredibilem, non dico militum, sed servorum copiam fudit ac dissipavit, deletoque Persarum imperio, ditionem suam usque ad Gangem amplificavit. Et nos bellum suscipimus majoris hercule nominis emolumentique quam laboris. Nam quid cum hoc nostro victore exercitu vilem hanc Antiochi multitudinem conferam, animosos cum inertibus, liberos cum servis, studiosos armorum cum imbellibus et jam terrore torpentibus? Quo ne superbus ipse caret Antiochus, et vastis opibus diffidere incipit, seque vix multis hominum agminibus munitissimisque oppidis et copiosa classe tutum intelligit. Verum enimvero haud equidem, Antiochum adspernans, et Annibalem parvi facere velim, qui, si temnendus fuisset hostis populi romani, non tantæ molis tantæque famæ fuisset Annibalem vicisse. Verum, ut belli initium exitiosum nobis Annibalem ostenderit, eventus tamen nostros esse deos comprobavit. Quanquam non ita absurdus videar, Annibalem non metuens, victum ac profligatum, fracta patria, exsilio atque ærumnis deformatum, apud externos reges hospitium sibi, subsidia in Romam mendico odio postulantem, illius certe Annibalis dissimilem, qui, juvenis et alacer, conscientiaque voti agitatus, et fortunæ suæ instans, nostro detrimento tantum sibi nomen fecit, felicitatemque romanam vicit, non constantiam. Ceterum et mihi Antiochi socordia fiduciam auget, qui, licet admonitus quibus modis sit vincendum, tamen imperitis indulgebit consiliis, et regia pervicacia vinci se levius feret, quam, facta profugo homini auctoritatis suæ copia, tyrannidis fastum imminuere. Ceterum, vel si contra aciem nostram dux hostium exsistat Annibal, en ille, qui non nescit quo modo vincatur Annibal, fatalis dux; ille, inquam, divino spiritu afflatus vir; quem, nisi fraterno sanguine mihi connecteretur, aliquo cultu venerarer, qui auspicia nostra prosperet. Spero equidem Annibalem, duplici clade, duplicis cognominis

Digitized by Google

familiæ nostræ materiem futurum; huic Africani, mihi, si diis placet, Asiatici.

C. F. Glachant,
Élève du Collége royal de Charlemagne.
Institution Coutant.

DEUXIÈME PRIX. (VÉTÉRANS).

Fasces, lictor, aquilas telaque, miles, submitte : hæc est in conspectu Troja, parens nostra, cui, consul æque ac miles, parem Romani omnes pietatem debemus; hæc est urbs illa cujus nomen ante perpetua sacrorum annuorum religione honoratum audiebatis; nunc præsentem ipsam intueri et venerari deorum beneficio vestraque virtute licet : agnoscite cognata mœnia, milites, et patriam antiquam consalutate. Hinc Roma genus, hinc religiones suas, hinc et illud, quantum est, imperium ducit : hinc primum signa movit Æneas quæ in Latio defigeret; hinc in Italiam lares iliacos advexit, qui conderent gentis nostræ æternitatem; hinc denique per maria omnia deos asportavit, qui Romam futuram foverent, qui, spei imperii nascentis admoti, et alerent res romanas, et omni labore educatam singulari quadam vincendi perpetuitate civitatem adaugerent. Hinc et Venus, et ipsius Junonis placatum numen, et æterni Vestæ ignes advecti; hinc et Mars, maxime proprius et peculiaris Romanis deus, ac prope dux noster, et antiquissimus urbis custos Jupiter ipse, quem novis et majoribus auspiciis Romulus in arce et Capitolio constituit, unum adversus omnes hostium impetus semper immobilem.

Hæc tanta tam multaque numina in hoc suo domicilio adorate, milites, unde profecta sunt, et grato animo indulgete; hic maxime, quam insigne eorum beneficium in populum romanum semper exstiterit, intuentes, majorem spem certioremque fiduciam animo concipite. Decimum seculum est, milites, ex quo quidquid eversæ Priami fortunæ supererat, hoc ipso in campo dii nostri collegere, et ereptum ex hostili incendio Æneam in ignota fata impulerunt; et ille quidem, incerto exitu, tamen servatæ spei gratias egit, divinamque fidem, haudquaquam feliciter

Digitized by Google

adhuc expertus, secutus tamen est pietate secura. Nunc autem, quanto nos certiorem lætioremque diis pietatem nostram præstare decet, qui promissa fata coram spectamus, et tantæ spei jam compotes, longius etiam favorem eorum in posteritatem prominere sentimus! Nonne enim vos ipsi modo, milites, Græcos illos, Trojæ victores, in manu habuistis; nonne etiam plerique, duce fratre meo, per maria illa classem triumphantem egistis, quæ patres nostros fluctibus suis pæne oppresserunt? Scilicet opes illi quidem paucissimas, sed magna auguria magnaque numina in Italiam trajiciebant, et splendidissimam futuræ laudis imaginem propositam habebant ad quam invicti eniterentur. Quantos enim post casus, quanto labore Roma nostra condita est! Quæ tamen, ubi in aliquo solo suo est erecta, statim nascens ex angustiis septimontii in promissum imperium emicuit; mox, adulta ætate, regia vincula frangit projicitque, libertatem fortiter amplexa, quæ vires crescentes melius confirmaret; hinc, diu infensa vicinitate exercitata, sæpe etiam agitata externo tumultu, hostes alios pari robore, nequaquam pari deorum favore pollentes, conatu assiduo et vi indefessa superat, alios prædandi regnandive cupidine concitatos impetu reprimit, et ultra maria montesve rejicit unde eruperant; jam e tantis periculis emersa, totius Italiæ facta potens, nondum se suorum fatorum compotem arbitratur, relictaque terra, mare inexpertum tentat; prima non dubitat adversus ipsam marium reginam Carthaginem navalia stipendia merere; at quanquam, in hoc novo certamine, cladibus suis tandem aliquando victoriam fuerit edocta, tamen quantam inde pestem, quantas in se calamitates Roma vocaverit, satis etiam nunc sentit Italia, in qua hostis, vel devicti profugique, adhuc impressa signataque ruina manent vestigia. Quid nunc, superato illo Annibale, quem tot annos visceribus nostris inhærentem incumbentemque ex præda sua evolvimus, depulimus, perterras omnes egimus, quid a nostra spe, Romani, quid a mœnibus nostris prohibitum credamus? Jacet Macedonia opibus nostris pæne eversa, punicam societatem serius amplexa; jamque eam nec montium suorum latebræ, nec illa testudo sua satis teget, quæ perlustratam victoriis Asiam frustra jactat. Jacet Græcia a Mace-

Digitized by Google

donica dominatione disjuncta magis quam vindicata, quæque suorum libertatem nobis tradit. Jam non amplius in Europa morandum esse rati, in Asiam virtutem nostram, tanquam in campum majorem, trajecimus : hic major eniteat fortuna populi romani. Jam fortiter petamus et sequamur Antiochum, milites, qui societate conjuncta, et Macedoniam stratam humi, et se ipsum pavore titubantem frustra firmare tentavit. Non magno eum labore vincemus qui se jam devictum existimat : hujus futuræ victoriæ augurium sit tot victoriarum populi romani spectaculum, milites : equidem, quum hinc succurrit illa Æneadum paucitas aliquot navibus imposita, illinc vos eorum posteros stantes intueor, tanto robore, tanta rerum gestarum fama, tanta spe florentes, meus hic est animus ut mihi nescio quod pæne divinum potestatis laudisque fastigium Romam assecuturam esse portendat.

Sed vos certius aliquod augurium suscipite : Trojam ingressi, plebem cognatam, cognatas manus agnoscetis. Signa romana victricia in arce illa tolletis, unde victores Græci expulere majores nostros, non tam in fugam nec in exsilium quam in ultionem gloriamque majorem emissos : hæc est nostra terra, hæc nostra urbs, hæc nos vocat, nobis portas suas, atque adeo totam Asiam aperit. En adsumus, o antiqua parens, Troja ; en ad te tui revertimur, tuum sanctum limen, tuas arces amplexuri ; en in templis tuis sacra tua, pietate romana nunquam intermissa, in solo tuo instaurabimus. Et vos, o dii deæque urbis iliacæ, si quos hic exsul Æneas reliquit, en vos repetimus ; en tibi, Minerva, cujus numen invitum in trojanam civitatem Græcorum perjuria converterunt, aras castitate tua digniores reponemus ; tuis auspiciis capitolina auspicia augebimus. Hinc tantorum numinum conjunctione freti, tantum in Orientem imperium romanum propagabimus victores, quantum exsules patres nostri in Occidentem extenderunt. Trojam ergo, milites, ingrediamur, donec exeamus in Antiochum ; tunc quidem eo unusquisque vestrum animo, milites, procedat, quasi victoriam ipsi dii desponderint, armisque romanis Asia debeatur. Mihi quidem majus aliquod, orbis universitas debita Romæ videtur ; quum Alexander

Digitized by Google

immensi imperii medici molem ita potuit impellere et diruere, nec tanto prorsus auspiciorum splendore, nec tanta militum virtute stipatus; nos qui Macedones illos eadem pugna et novimus, et stravimus, nonne primo statim impetu Antiochum illum dejiciemus, et animi et imperii magnitudine Dario maxime imparem? Quantascumque opes habeat, jam trepidantem, auditoque nomine nostro, terga vertentem videmus : atque illi Annibal aversos deos malamque fortunam potius quam virtutem et consilium adjunxit; nos victorem Annibalis, Scipionem, fratrem meum, adjutorem habemus : utinam, sicut ei primo de Africa triumphare dii dederunt, ita mihi de Asia concedant, unaque domus duabus orbis partibus devincendis subigendisque sufficiat!

P. M. E. Leune,
Élève du Collége royal de Charlemagne.
Institution Jauffret.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Aspicite, milites, angustum hunc vicum, humiles casas, rivos tenues, collesque, et rupem asperam nudamque, rupem, ut Romæ nostræ imminet tarpeia rupes, Ilio imminentem. En campos ubi quondam Troja stabat! En Xanthum Simoentaque, magna quondam nomina! Ecce pergameum saxum, ecce Idam, romanæ gentis cunabula! Troja nos originem Romani duximus; hinc sacra moresque, et deos accepimus. Troja nobis mater fuit, milites; digna prorsus tali prole mater! His in campis, quæ bella decem per annos exhausta! Quanti labores pro libertate perpessi! Qui et quam multi viri, aut diis geniti, aut virtute cœlum meriti, hunc angulum sepulchris suis nobilitavere! Romam nostram milites in memoriam revocate, et muros, et turres, et nubibus insertum Capitolium : haud aliter olim his in oris late conspicua, Romæ genitrix, stabat Troja, atque omnes circum populos Asiæ, armis subactos regebat. Haud aliter pergamea rupes eminebat, arce imposita metuenda, et antiqua templi religione, et fati decretis veneranda : quæ cuncta dudum cecidere, et sepultæ dumis etiam ruinæ periere. Postquam enim decem annos totius Græciæ mille navibus invadentis impetum susti-

Digitized by Google

nuissent majores nostri, tandem furto noctis et necessitatis devicti occubuere, et rudera tantum spoliaque cruenta hostibus reliquerunt. At non omnis periit Troja, sed pulchrior majorque ex mediis ruinis renata effloruit; atque ideo solum tantum sudoris et sanguinis effudisse, tantos luctus, cladesque, et fere exitium fato pertulisse mihi videtur, ut labore ingenti populi romani ingentem partum exsolveret. Erupit ex mediis patriæ incensæ flammis Æneas, Veneris proles, patriosque deos penatesque victos recepit, et per maria, per cædes, per procellas in Italiam vectos, fato jubente, in Tiberis ripa collocavit. Hinc igitur nobis Mars pater urbis, et Jupiter, et Venus, et eorum sacra illata sunt. Hinc antiqua Vesta, Romæ nunc, ut olim Trojæ, custos; æternique ignes, æternæ gloriæ nostræ et libertatis simulacra et pignora. Hinc denique omnes romani dii, quorum auspicio sexcentos jam annos liberi, et gentibus omnibus invicti contendimus, et in æternum (sic, dii, promisistis) contendemus.

Hoc enim fatis decretum est, milites, hoc decimo abhinc sæculo, his in ipsis littoribus, conditori parentique nostro Æneæ promissum, trojana stirpe venturum populum, late regem, qui terris imperium suum æquaret. Hac igitur sub lege Italiam omnem ab Alpibus ad fretum subegimus, et ad devincendum orbem terrarum nobiscum trahimus. Hac eadem lege hispanarum gentium ferociam domuimus, et tot silvas, tot flumina, tot montes asperrimos, non homines solum, vicimus et subactos tenemus. Imo Carthaginem, jam ab Ænea nobis infensam et hostilem, duobus tandem bellis ingentibus fractam, nobis fata permiserunt; et quæ Amilcarem, Annibalemque, et omne Numidarum Hispanorumque et Gallorum robur in nostram perniciem armavit et emisit, Romanorum misericordia vivit, Romanorum nutu peritura. Quid autem Græci, Trojæ nostræ eversores? Nonne illos hostes ulti sumus? Nonne hanc patriæ nostræ miserrimam cladem nos puniti sumus? Egregiam, milites, et vere Romanis dignam ultionem petivimus a Græcis. Ut enim superbos et pollentes Romæ hostes Pœnos debellavimus, ita Græciam, ex vetere suo fastigio in ultimis miseriis demersam et obrutam adjuvimus, et macedonico oppressam jugo vindicavimus in libertatem. Quantum

Digitized by Google

nobis inde decus, quanta apud omnes gentes existimatio, quod Græcia illa, tot quondam victoriis tropæisque insignis, et Orientis totius dominatrix, nunc libertatem suam romanis armis tueatur, et sub nostri nominis tutela et umbra, tantam gloriam, tantum splendorem latere patiatur. Et nunc, Romani, quibus diis ducibus omnes injurias nobis illatas ulti sumus, eisdem in barbara illa regna a Græcis quondam subacta bellum transmittimus, infestisque signis, fatales orbis domitores, in Asiam descendimus.

Ecce autem nobis, novam hanc integramque ingredientibus terram, statim occurrit (felix omen) cognatus populus, et terra vere nostra. Ibimus ergo ad consanguineos illos nostros, et dextras fœderaque jungemus, et cum eis communis patriæ communium majorum sepulchra venerabimur. Ibimus ad pergameum illud saxum, et Asiam Trojanis olim subjectam, Trojanorum nepotes hæredesque repetemus. Ibimus in illam arcem, fatali olim Palladio custoditam, Pallademque in sua carissima sede, ut nobis felix faustaque adsit, orabimus. Audiet idæus Jupiter in Ida precantes Æneadas, altoque ab Olympo victoriam dudum promissam rursus annuet. Audiet Venus filii sui nepotes apud Simoenta invocantes, et nobis læta et facilis arridebit. Ex illo denique vetere nostrarum religionum domicilio, unde primum ad Italiam et Tiberim tendens auspicia Æneas petiverat, novis nos et sanctioribus auspiciis freti, ad debellandum Antiochum, subigendumque orbem terrarum proficiscemur.

Antiochum autem, maximum et superbissimum regem, vobis metuendum videri posse non mehercule existimo, nisi forte, postquam Europam et Africam monumentis ingentium rerum compleveritis, laudis satietate capti, nimis imparem vobis hostem, et infra romanam magnitudinem penitus jacentem fastiditis. Quid enim? Italiam, si diis placet, invadere et regio imperio premere, et Romam et Capitolium scandere, proximo anno rex magnus parabat : qui tamen, vix expugnato Thessaliæ castello inopi, et Euripo atque Aulide spectatis, sine ulla clade victus turpissime fugit, et socios suos Ætolos diripiendos nobis et delendos, si libuisset, prodidit. At tunc idem maria classibus sternebat; quis tamen, milites, quis vestrum classes illas innume-

Digitized by Google

ras vidit? Ullane rates Hellespontum trajicientibus obstitit? Eadem nunc regia vanitas, nubes equitum peditumque jactat, et belluas offerentes mœnium speciem; quæ cuncta ne aspectum quidem vestrum sustinebunt. Quid autem nobis, milites, inconditæ barbarorum catervæ? Quid tumultuarii exercitus ex agrestium semiermi turba subito collecti? Num ergo non succurrit ingentes Darii opes et totius Orientis excita sedibus suis moles, exigua Macedonum manu fracta cæsaque, et tribus victoriis omnino perrupta et dissipata? Tributariorum ergo nostrorum tributarios et servos, nos, romanus exercitus, horreamus? At enim Annibal cum hoste in acie stabit. Magnum victoriæ nostræ nomen, milites, periculum ne minimum quidem, addet Annibal. Quid enim Annibal solus valeat, Numidarum impetu, Gallorum fervore et Hispanorum pertinacissimo robore, quibus adhuc vicit, destitutus? Quid Annibal homunculis istis, aut potius feminis asiaticis fretus? Quid Annibal nimia sua gloria, et virtute, et dominandi cupidine, suspectus regiæ superbiæ, atque ideo Thoanti, ignavissimo ac stultissimo adulatori, potius quam regi sua consilia coactus approbare? Quid autem, milites? Nonne hic Annibalis victor et triumphator Africanus? Nonne hunc exercitum video, qui validissimos Annibalis veteranos, vincendo senes factos, fudit et castris exuit, et Carthaginiensibus jugum, quanquam frementibus, et rigida cervice subeuntibus, imposuit? Antiochus ergo, magnus rex, et immensæ ex India erutæ belluæ, et Asiæ totius opes illæ congestæ, et Annibal, tam facilem nobis quam gloriosam et magnificam prædam, et triumphorum materiem suppeditabunt.

J. A. Lisle,
Élève du Collége royal de Louis-le-Grand,
Institution Sainte-Barbe.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Hæc sunt, milites, gentis romanæ cunabula, quæ prospicitis : hæc est illa urbs, non magis antiqua Græciæ ira et clarissimi poetæ carminibus nota, quam quod ex mediis ejus flammis rui-

Digitized by Google

nisque æterni imperii spes exstitit : hinc fons ille, a quo flumen immensum decurrit, omnes orbis terrarum gentes invasurum : hinc semen illud, a quo tam ampla et magnifica laudum triumphorumque seges exorta est. Agnoscite ergo cognatum populum; hic etiam Romanos agnoscite, qui fratres, per tam longa temporum spatia a fratribus distractos, redintegrata amicitia, accipiant, et hospitali sede, iisdem Laribus Penatibusque romanis præsidentibus, invitent. Vere enim hic deos romanos habebimus, milites, quippe unde numina, quæ nunc urbi æternæ favent favebuntque, arcessivimus : non alius Jupiter his quondam oris colebatur, alius in arce Capitolina sedet; ceteri una dii deæque omnes Scamandri ripas mutavere, novumque apud Tibrim sibi domicilium instituerunt; hoc uno dissimiles, quod, quum alii eamdem pristinam benignitatem, quam trojani patres experti erant, erga nos retinuerint, alii infensam Trojanis mentem, Romanis præsentiores, deposuere. Hinc simul cum diis sacerdotes cærimoniasque nobis allatas esse videbitis, nec quidquam vobis in hac terra cerni poterit, quod non romani imperii originem denuntiet. Salve igitur, trojanorum parentum patria! recipe gremio tuo ignotam prolem; recipe, quos non aluisti, nepotes, non indignos quidem, qui te matrem suam profiteantur.

Quod enim terrarum mariumque spatium Æneas, gentis nostræ pater ac conditor, longinqua fuga emensus erat, nos triumphali navium cursu nunc iteravimus, et quod intervalli matri ac filiæ clades interjecerat, id victoriis nostris delevimus. Quis profecto, quum trepida Æneæ classis, reliquias miseræ gentis auferens, incerta viæ ac periculorum, ventisque quasi ludibrio data, per maria infesta ferebatur, quis tum tempus olim venturum esse credidisset, quo ex tot adversis fortunæ casibus potentissima emergeret, et totius orbis imperium affectaret? Hæc Æneæ oracula dii, cladis solatia, dederant : quorum altera pars jam perfecta est, altera virtute vestra, milites, mox perficietur. Nam, qui, sede ac solo nostro destituti, hinc inde incerti errabamus, non modo Italiæ campos, novam patriam, attigimus, sed etiam, primum parata urbe qua consistere daretur, deinde regionem

Digitized by Google

Duodecim annos vix natus Bossuetius, in bibliotheca avunculi sui otiosas feriarum horas legendis veteribus scriptoribus consumere solebat, Homerum, Virgilium, Ciceronem assiduo cultu prosequens. Quadam vero die, ecce in Vetus Testamentum incidit : negligenter primo et digito volitante paginas volventem percellit insolita majestas ; magis ac magis legentem urit sacra sitis : tandem, opprimente religione et admiratione, in lacrymas erumpit ; nec prius se ipsum recipere potuit, quam pia prece mentem composuisset. Hinc sane altius in animum ingeniumque juvenis descendit christiana fides ; hinc toto pectore recepti sacri latices in eloquium exundantes ; hinc illa divinum sonans lingua, et nativa tamen, qua recentiorum temporum veluti propheta dici meruit.

SECONDE.

VERSION GRECQUE **.

Ἦ καὶ σὺ ἠγεῖ, ὥςπερ οἱ πολλοὶ, διαφθειρομένους μέν τινας εἶναι ὑπὸ σοφιστῶν νεοὺς, διαφθείροντας δέ τινας σοφιστὰς ἰδιω-

* Premier prix. Sarcey (Francisque), né, le 7 octobre 1828, à Dourdan (Seine-et-Oise), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Bricon (Victor), né, le 18 janvier 1828, à Ploërmel (Morbihan), Élève du Collége royal de Charlemagne.

** Premier prix. Dumas (Joseph-Charles), né, le 18 décembre 1827, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Jarry (Paul-Arthur), né, le 23 décembre 1827, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

τικοὺς, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς τοὺς ταῦτα λέγοντας μεγίστους μὲν εἶναι σοφιστὰς, παιδεύειν δὲ τελεώτατα καὶ ἀπεργάζεσθαι οἵους βούλονται εἶναι καὶ νεοὺς καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; Πότε δή; Ὅταν, οἶμαι, ξυγκαθεζόμενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα ἤ τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους σύλλογον, ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες· πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πετραὶ καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἂν ὦσιν ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου καὶ ἐπαίνου· ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ τὸν νέον, τὸ λεγόμενον, τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν; ἢ ποίαν ἂν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν, ἣν οὐ κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ψόγου ἢ ἐπαίνου οἰχήσεσθαι φερομένην κατὰ ῥοῦν οἵ ἂν οὗτος φέρῃ; καὶ φήσειαν τε τὰ αὐτὰ τούτοις καλὰ καὶ αἰσχρὰ εἶναι, καὶ ἐπιτηδεύσειν ἅπερ ἂν οὗτοι, καὶ ἔσεσθαι τοιοῦτον; Πολλὴ ἀνάγκη· καὶ μὴν οὔπω τὴν μεγίστην ἀνάγκην εἰρήκαμεν, ἣν ἔργῳ προστιθέασι λόγῳ μὴ πείθοντες οὗτοι οἱ παιδευταί τε καὶ σοφισταί· ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμίαις τε καὶ χρήμασι καὶ θανάτοις κολάζουσι; τίνα οὖν ἄλλον σοφιστὴν οἴει ἢ ποίους ἰδιωτικοὺς λόγους ἐναντία τούτοις τείνοντας κρατήσειν; ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχείρειν πολλὴ ἄνοια. Οὔτε γὰρ γίγνεται, οὔτε γέγονεν, οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν, παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον ἀνθρώπειον, ὦ ἑταῖρε· θεῖον μέντοι κατὰ τὴν παρομίαν ἐξαίρωμεν λόγου· εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι ὅ τι πη ἂν σωθῇ τε καὶ γένηται οἷον δεῖ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει πολιτειῶν, θεοῦ μοῖραν αὐτὸ σῶσαι λέγων οὐ κακῶς ἐρεῖς.

(PLATON, *République*, liv. VI.)

TRADUCTION LATINE.

An tu quoque putas, quemadmodum multi, verum esse quod dicunt, quosdam adolescentes a sophistis corrumpi, corruptores vero eorum sophistas quosdam esse privatos, quod quidem operæ pretium

Digitized by Google

est dicere; ac non eos potius qui ita loquuntur, maximos esse sophistas credamus, qui doceant, talesque prorsus unumquemque et senum, et juvenum, et virorum, et mulierum reddant, quales volunt? Quando id potissimum? Quando, opinor, frequentes multi vel in concionibus, vel judiciis, vel theatris, vel castris, vel alio quodam hominum ingenti cœtu considentes, eorum quæ dicta aut facta sunt, alia vituperant, alia laudant, ad utraque ingenti cum tumultu acrius efferuntur, dum explodunt, et applaudunt summo quodam strepitu et clamore : unde parietes quoque et loca, in quibus sunt, resonantia majorem duplo tumultum edunt, quam qui laudant et vituperant: tunc adolescentem illum quo animo, quemadmodum dicitur, hac in turba esse censes? vel quam privatam disciplinam acclamationibus hisce putas obsistere, quominus ab ejusmodi vituperationibus laudationibusque obruta eo protinus feratur, quo fluctus hic devehit? Unde eadem quæ et illi, ut honesta approbabit, eadem quoque vituperabit, ut turpia; iisdem præterea, quibus illi, incumbet studiis, eorumque evadet persimilis. Necesse id omnino est: nondum tamen maximam induximus necessitatem, quam operibus inferunt, non persuadentes verbis præceptores sophistæque isti. An non cernis hominem, ipsis non obsequentem, ab istis infamia notari? jactura pecuniæ et mortis supplicio damnari? Quem igitur alium sophistam putas, aut quos alios privatos sermones adversari istis et resistere posse? Quin et his obniti summa stultitia est. Neque enim fuit unquam, nec est, nec erit mos omnino dissimilis, humanus scilicet, ad virtutem institutus, præter illorum disciplinam, o amice : e ratione tamen, quod divinum est, juxta proverbium, excipiamus; certe enim id scito, quidquid fieri potest salvum et tale quale esse debet in hac rerum publicarum constitutione, si divina voluntate salvum dixeris, optime te locutum esse.

Digitized by Google

SECONDE.

THÈME GREC *.

Les Grecs, sortis du quartier d'Ephèse nommé Smyrna, n'avaient bâti que des hameaux au fond du golfe qui depuis a porté le nom de leur première patrie; Alexandre voulut les rassembler, et leur fit construire une ville près la rivière Mélès. Antigone commença cet ouvrage par ses ordres, et Lysimaque le finit.

Une situation aussi heureuse que celle de Smyrne était digne du fondateur d'Alexandrie, et devait assurer la prospérité de cet établissement. Admise par les villes d'Ionie à partager les avantages de leur confédération, cette ville devint bientôt le centre du commerce de l'Asie Mineure : son luxe y attira tous les arts; elle fut décorée d'édifices superbes, et remplie d'une foule d'étrangers qui venaient l'enrichir des productions de leur pays, admirer ses merveilles, chanter avec ses poëtes, et s'instruire avec ses philosophes. Un dialecte plus doux prêtait un nouveau charme à cette éloquence qui paraissait un attribut des Grecs. La beauté du climat semblait influer sur celle des individus, qui offraient aux artistes des modèles à l'aide desquels ils faisaient connaître au reste du monde la nature et l'art réunis dans leur perfection.

Elle était une des villes qui revendiquaient l'honneur d'avoir vu naître Homère : on montrait, sur les bords du Mélès, le lieu où Crithéis, sa mère, lui avait donné le jour, et la caverne où il se retirait pour composer ses vers immortels. Un monument, élevé à sa gloire et qui portait son nom, pré-

* Premier prix. Londe (Édouard), né, le 11 janvier 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Weiss (Jean-Jacques), né, le 19 novembre 1827, à Bayonne (Basses-Pyrénées), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

sentait au milieu de la ville de vastes portiques sous lesquels se rassemblaient les citoyens : enfin leurs monnaies portaient son image, comme s'ils eussent reconnu pour souverain le génie qui les honorait.

TROISIÈME.

THÈME LATIN *.

Fondée sur le mépris de la douleur, du plaisir et de la pitié, l'ancienne philosophie stoïque voulait détruire la nature plutôt que la régler. Elle avait interdit toutes les émotions de l'âme ; elle niait la douleur physique ; elle rougissait de la pitié, cette douleur de l'âme, ce contre-coup du mal des autres, que Dieu nous a donné pour nous forcer de les secourir. En établissant qu'il n'y avait pas de degrés dans les fautes, et que toute faiblesse était un crime, elle faisait violence à la raison comme au cœur de l'homme. De là sans doute devaient sortir des âmes invulnérables ; et lorsque le génie républicain fut menacé par le glaive d'un dictateur, lorsque tout cédait à la gloire de César, ou que tout rampait sous Tibère, on conçoit que ces âmes aient donné de grands spectacles au monde ; mais enfin leur vertu n'était que le courage de mourir ; leur philosophie autorisait le meurtre et se réfugiait dans le suicide. Brutus et Caton, au milieu de leur âpre patriotisme, ne laissent rien voir de cet amour de l'humanité qui respire dans l'austérité des Antonins. La source même de leurs maximes est différente, leur vertu moins désintéressée ; ils ne sont que de grands hommes, ils ont besoin de la gloire. Le stoïcisme des Antonins au contraire est nourri

* Premier prix. Hello (Ernest-Jules), né, le 4 novembre 1828, à Lorient (Morbihan), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Pelletier (Henri-Romain), né, le 15 octobre 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

de cette tendre compassion, de cette justice indulgente, de cette affection universelle, qui respirent dans la loi chrétienne.

TROISIÈME.

VERSION LATINE *.

Baiis viatorem, Neapolim petentem, excipit Pausilypi crypta. Nihil illo carcere longius; nihil illis facibus obscurius, quæ nobis præstant, non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lucem, pulvis auferret, in aperto quoque res gravis et molesta; quid illic, ubi in se volutatur, et, quum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsos, a quibus excitatus est, recidit?

Aliquid tamen mihi illa obscuritas quod cogitarem dedit: sensi quemdam ictum animi, et sine metu mutationem quam insolitæ rei novitas simul ac fœditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multum ab homine tolerabili, nedum a perfecto, absum; sed de illo, in quem jus fortuna perdidit; hujus quoque ferietur animus, mutabitur color. Quædam enim nulla effugere virtus potest; admonet illam natura mortalitatis suæ. Itaque et vultum adducet ad tristitiam, et inhorrescet ad subita; et caligabit, si vastam altitudinem in crepidine ejus constitutus despexerit. Non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi. Itaque fortes quidam, et paratissimi fundere suum sanguinem, alienum videre non possunt; quidam ad vulneris novi, quidam ad veteris et purulenti tractationem inspectionemque succidunt ac linquuntur animo; alii gladium facilius recipiunt quam vident. Sensi ergo, ut dicebam, quamdam non quidem perturbationem, sed mutationem; rursus ad primum conspe-

* Premier prix. Levasseur (Pierre-Émile), né, le 8 décembre 1828, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Chéron (Joseph-Paul), né, le 5 mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

ctum redditæ lucis, alacritas incogitata rediit et injussa. Illud deinde mecum loqui cœpi, quam inepte quædam magis ac minus timeremus, quum omnium idem finis esset. Quid enim interest, utrum supra aliquem vigiliarium corruat, an mons? Nihil invenies : erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, quamvis utraque mortifera æque sit. Adeo non effectus, sed efficientia timor spectat!

(SÉNÈQUE, *Lettre* LVII.)

TROISIÈME.

VERS LATINS*.

Antiquæ inter rudera Carthaginis, ipso in monte unde Byrsa oppido et mari late dominabatur, captivus ubi quondam, barbaris circa lectum lugentibus et admirantibus, vita decessisse fertur divus Ludovicus, pietatis suæ monumentum rex noster templum sacrari voluit. Non solum non abnuit cruci locum gens Mahumeti sectatrix, sed hujus, quam olim funditus evertere conabatur, religionis mysteria palam et aperto cœlo celebrari sinit. Aspice montem illum christianis vexillis et pompa ferventem; aspice juvenem, turba undique circumfusa, scandentem, et genibus flexis ante aras Christo et regi atavo precantem. Excipiunt plausu et venerantur omnes, nec nostrates discernere queas. Omnibus unam et eamdem patriam, omnibus unius et ejusdem Dei cultum esse diceres. Ea est vere humanitas, id nostræ ætatis proprium decus.

* PREMIER PRIX. Potrel (Eugène-Adolphe-Turiaf-Isidore), né, le 25 janvier 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Saint-Louis. — DEUXIÈME PRIX. Dupré (Louis-Ernest), né, le 2 février 1829, à Cerisiers (Yonne), Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

TROISIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ,
Ὀξὺ δ' ἀνήθησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι.
Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια·
Τῷ τοι καὶ γνωτοὶ, προτερηγενέες περ ἐόντες,
Οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.
Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί·
Φάντο πάλον Κρονίδῃσι διὰ τρίχα δώματα νεῖμαι·
Τίς δέ κ' ἐπ' Οὐλύμπῳ τε καὶ ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι,
Ὃς μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
Πήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
Ψευδοίμην αἴοντος ἄ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.
Οὔ σε Θεῶν ἐσσῆνα πάλοι Θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,
Σή τε βίη, τό τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἴσαο δίφρου.
Θήκαο δ' οἰωνῶν μέγ' ὑπείροχον ἀγγελιώτην
Σῶν τεράων, ἄτ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.
Εἵλεο δ' αἰζηῶν ὅ τι φέρτατον· οὐ σύ γε νηῶν
Ἐμπεράμους, οὐκ ἄνδρα σακέσπαλον, οὐ μὲν ἀοιδόν·
Ἀλλὰ τὰ μὲν μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὖθι παρῆκας,
Ἄλλα μελεῖν ἑτέροισι· σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους·
Δῶκας δὲ πτολίεθρα φυλασσέμεν· ἵζεο δ' αὐτὸς
Ἄκρῃς ἐν πολίεσσιν ἐπύψιός οἵ τε δίκῃσιν
Λαὸν ὑπὸ σκολιῇς, οἵ τ' ἔμπαλιν ἰθύνουσιν.
Ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν, ἐν δ' ἄλις ὄλβον·
Πᾶσι μὲν, οὐ μάλα δ' ἶσον· ἔοικε δὲ τεκμήρασθαι

* Premier prix. Leducq (Ernest), né, le 8 décembre 1828, à Arras (Pas-de-Calais), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Chéron (Paul-Joseph), né, le 5 mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV.

Digitized by Google

Ἡμετέρῳ μεδέοντι· περὶ πρὸ γὰρ εὐρὺ βέβηκεν.
Ἐσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ἦρι νοήσῃ·
Ἐσπέριος τὰ μέγιστα, τὰ μείονα δ' εὖτε νοήσῃ·
Οἱ δὲ, τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνί· τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν
Αὐτὸς ἄνην ἐκόλουσας, ἐνέκλασας δὲ μενοινήν.

(CALLIMAQUE, hymne I, vers 55.)

TRADUCTION LATINE.

Pulchre quidem adolevisti, et pulchre nutritus es, cœlestis Jupiter,
Celeriter pubes factus, et matura tibi venit lanugo.
Sed adhuc puer quum esses, omnia viriliter cogitasti.
Itaque tibi etiam fratres, quamvis natu majores,
Cœlum non inviderunt, quominus tibi sedes in partitione cederet.
Prisci autem non omnino vera dixerunt poetæ.
Dixerunt sortem Saturnidis trifariam sedes divisisse.
Quis vero tandem de cœlo et orco sortiatur,
Qui non omnino sit demens? De paribus enim decet
Sortiri: illa autem quam maxime differunt!
Mentiar quæ audientis utique auribus probentur.
Non te regem deorum fecerunt sortes, sed opera manuum,
Tuaque vis, et robur, quod etiam prope thronum tuum collocasti.
Fecisti autem avium longe maximam nuntiam
Auguriorum tuorum, quæ dextra mittas velim amicis meis.
Delegistique tibi mortalium quosque præstantissimos, non tu navium
Peritos, non virum scutatum, non poetam:
Hæc tu quidem diis minoribus vicissim reliquisti,
Alia curanda aliis: tibi autem sumpsisti principes civitatum;
Dedistique urbes custodiendas. Ipse autem sedes
In celsis arcibus, inspiciens, qui jure
Populum iniquo, et qui contra gubernent:
Dedisti ipsis etiam divitias, satisque fortunarum,
Omnibus tu quidem, sed non plane pares. Licet colligere vel
In nostro rege; nam is longissime alios prætergressus est.
Vesperi ille quidem perficit quæcumque mane cogitat;
Vesperi ille maxima, parva autem simul ac cogitat;
Alii autem alia anno, alia ne uno quidem; aliis vero prorsus
Ipse effectionem ademisti, et consilia irrita fecisti.

Digitized by Google

TROISIÈME.

THÈME GREC *.

Quelle supériorité les lettres donnent à un peuple sur un autre, quand ce peuple a d'ailleurs montré les vertus guerrières! On peut dire que les batailles de Leuctres et de Mantinée effacèrent le nom de Sparte de la terre, tandis qu'Athènes, prise par les Lacédémoniens et ravagée par Sylla, n'en conserva pas moins l'empire. Elle vit accourir dans son sein ces Romains qui l'avaient vaincue, et qui se firent une gloire de passer pour ses fils : l'un prenait le surnom d'Atticus, l'autre se disait le disciple de Platon et de Démosthène. Les muses latines, Lucrèce, Horace et Virgile, chantent incessamment la Grèce. « J'accorde aux morts le salut des vivants, » s'écrie le plus grand des Césars pardonnant à Athènes coupable. Adrien veut joindre à son titre d'empereur le titre d'archonte d'Athènes, et multiplie les chefs-d'œuvre dans la patrie de Périclès; Constantin le Grand est si flatté que les Athéniens lui aient élevé une statue, qu'il comble la ville de largesses; Julien verse des larmes en quittant l'Académie, et quand il triomphe, il croit devoir sa victoire à la Minerve de Phidias. Les Chrysostome, les Basile, les Cyrille, viennent, comme les Cicéron et les Atticus, étudier l'éloquence à sa source. Jusque dans le moyen âge Athènes est appelée l'école des sciences et du génie. Quand l'Europe se réveille de la barbarie, son premier cri est pour Athènes. « Qu'est-elle devenue? » demande-t-on de toutes parts; et quand on apprend que ses ruines existent

* Premier prix. Durand-Claye (Charles-Léon), né, le 7 mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Froger-Deschesnes (Auguste-Marie-Léon), né, le 14 novembre 1829, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

encore, on y court, comme si l'on avait retrouvé les cendres d'une mère.

QUATRIÈME.

THÈME LATIN *.

Les heureux génies, les grands poëtes que le sort fit naître sous le règne d'Auguste, servirent la pensée du maître qui les appelait autour de lui. L'épicurien Horace chanta les dieux, auxquels il ne croyait pas, pour plaire à l'hypocrite protecteur de leurs autels. Ces poésies charmantes, ces adulations ingénieuses qu'il jetait comme un voile sur le souvenir éloigné des crimes d'Octave, associaient souvent la gloire du prince et celle des dieux. Mêlant les illusions d'une poétique reconnaissance à cette facilité de mensonge que donnait le polythéisme, il faisait entrevoir dans Auguste pacificateur quelque divinité bienfaisante, et le saluait du nom de Mercure ou d'Apollon, sans crainte de rappeler l'usurpation licencieuse qu'Octave avait faite des attributs de cette dernière divinité.

Auguste voulait sans doute ranimer la religion des Romains par la célébration de la fête séculaire, dont Horace a composé l'hymne sacré. C'était une majestueuse et touchante cérémonie que la réunion de la plus belle jeunesse de l'empire, élevant vers les dieux ses mains innocentes pour leur demander de laisser enfin reposer Rome dans la conquête du monde, et d'ouvrir un long siècle de paix après la génération qui venait de disparaître, emportant avec elle la liberté romaine et la guerre civile. Mais l'enthousiasme

* Premier prix. Gautier (Joseph-Alexis), né, le 6 octobre 1829, à Metz (Moselle), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Bellin (Eugène), né, le 4 avril 1831, à Corvol-l'Orgueilleux (Nièvre), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

manque aux vers du poëte, et son hymne sacré n'est qu'une flatterie pour Octave.

QUATRIÈME.

VERSION LATINE *.

Eloquentiæ effictio.

Tunc procedere mihi visa est, inter admirantes deos, femina quædam haud proceri corporis, sed magna vultus majestate decora. Ea velut potens omnium regina, et impellere quo vellet, et unde vellet deducere, et in lacrymas flectere, et in rabiem concitare, et in alios vultus sensusque convertere, tam urbes quam prœliantes exercitus et quælibet agmina valebat populorum. Hæc etiam senatum, rostra, judicia domuisse in gente romulea : Athenis vero curiam, gymnasia theatraque pro arbitrio reflexisse, ac totam funditus Græciam miscuisse ferebatur. Hac vero loquente, qui vultus, vocisque sonus, quantaque excellentia celsitudoque sermonis! Audire operæ pretium etiam superis fuit tantæ inventionis ingenium, tam famosæ ubertatis eloquium, tam capacis memoriæ thesaurum. Qualis disponendi ordo! quam pronuntiandi congruens modulatio! quis impetus in motu! quæ ingenii vis in conceptu! Denique exilis in modicis, in mediocribus facilis, in magnis ardens et incensa, præstabat cunctos disserendo dociles, suadendo parentes, concitando discordes, laudando feroces et exsultantes. Ubi vero publici nominis appellatione commovere animos inceperat, fluctuare, permiscere, ardere, omnia videbantur.

* Premier prix. Billacoys de Boismont (Louis-Georges-Hippolyte), né, le 1er mai 1830, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand. — Deuxième prix. Bertraud (Marie-Charles-Alfred), né, le 8 février 1830, à Nancy (Meurthe), Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Ἀλκιβιάδης ἐπεὶ ἑώρα τὴν πόλιν ἑαυτῷ εὔνουν οὖσαν, καὶ στρατηγὸν αὐτὸν ἠρημένους, καὶ ἰδίᾳ μεταπεμπομένους τοὺς ἐπιτηδείους, κατέπλευσεν ἐς τὸν Πειραιᾶ. Καταπλέοντος δ' αὐτοῦ, ὅ τε ἐκ τοῦ Πειραιῶς καὶ ὁ ἐκ τοῦ ἄστεος ὄχλος ἠθροίσθη πρὸς τὰς ναῦς, θαυμάζοντες καὶ ἰδεῖν βουλόμενοι τὸν Ἀλκιβιάδην, λέγοντες οἱ μὲν, ὅτι ὡς κράτιστος εἴη τῶν πολιτῶν, καὶ μόνος ἀπελογήθη, ὡς οὐ δικαίως φύγοι, ἐπιβουλευθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν ἔλαττον ἐκείνου δυναμένων, μοχθηρότερόν τε λεγόντων, καὶ πρὸς τὸ αὑτῶν ἴδιον κέρδος πολιτευόντων· ἐκείνου ἀεὶ τὸ κοινὸν αὔξοντος, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς πόλεως δυνάτου· ἐθέλοντος δὲ τότε κρίνεσθαι παραχρῆμα, τῆς αἰτίας ἄρτι γεγενημένης, ὡς ἠσεβηκότος ἐς τὰ μυστήρια, ὑπερβαλλόμενοι οἱ ἐχθροὶ τὰ δοκοῦντα δίκαια εἶναι, ἀπόντα αὐτὸν ἐστέρησαν τῆς πατρίδος· ἐν ᾧ χρόνῳ, ὑπὸ ἀμηχανίας δουλεύων, ἠναγκάσθη μὲν θεραπεύειν τοὺς ἐχθίστους, κινδυνεύων ἀεὶ παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπολέσθαι· τοὺς δὲ οἰκειοτάτους, πολίτας τε καὶ ξυγγενεῖς, καὶ τὴν πόλιν ἅπασαν ὁρῶν ἐξαμαρτάνουσαν, οὐκ εἶχεν ὅπως ὠφελοίη, φύγῃ ἀπειργόμενος· οὐκ ἔφασαν δὲ τῶν οἷων περ αὐτὸς ὄντων [1] καινῶν δεῖσθαι πραγμάτων οὐδὲ μεταστάσεως· ὑπάρχειν μὲν γὰρ ἐκ τοῦ δήμου αὐτῷ μὲν, τῶν τε ἡλικιωτῶν πλέον ἔχειν, καὶ τῶν πρεσβυτέρων μὴ ἐλαττοῦσθαι· τοῖς δ' αὐτοῦ ἐχθροῖς, τοιούτοις δοκεῖν εἶναι, οἷοις περ πρότερον, ὕστερον δὲ δυνασθεῖ-

* Premier prix. Alaux (Isidore-Édouard), né, le 10 décembre 1830, à Lavaur (Tarn), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Monin (Jean-Théophile), né, le 28 août 1830, à Saint-Just (Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne.

1. L'édition de M. Firmin Didot porte ὄντων εἶναι καινῶν; ce qui rend un peu plus intelligible ce passage, reconnu, par tous les critiques, comme gravement altéré, et dont l'explication grammaticale est à peu près impossible.

Digitized by Google

σιν ἀπολλύναι τοὺς βελτίστους· αὐτοὺς δὲ, μόνους λειφθέντας, δι' αὐτὸ τοῦτο ἀγαπᾶσθαι ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ὅτι ἑτέροις βελτίοσιν οὐκ εἶχον χρῆσθαι. Οἱ δὲ, ὅτι τῶν παροιχομένων αὐτοῖς κακῶν μόνος αἴτιος εἴη, τῶν τε φοβερῶν ὄντων τῇ πόλει γενέσθαι μόνος κινδυνεύσαι ἡγεμὼν καταστῆναι.

(XÉNOPHON, *Helléniques*, liv. I, chap. 4.)

TRADUCTION LATINE.

Alcibiades, ubi bene sibi velle cives animadvertit, ita ut ducem se legissent, et privatim necessarii sui se arcesserent, in Piræeum navigavit. Quum appelleret, omnis turba tum e Piræeo, tum ex urbe ad naves confluere, admiratione duci, Alcibiadem videre cupere; et alii quidem dicebant, civium hunc unum esse præstantissimum, qui solus se purgarit, quod inique ejectus in exsilium esset; circumventum insidiis illorum fuisse, qui et minus ipso potuerint, et inferiores dicendo fuerint, et rempublicam gesserint ex utilitate lucroque suo; hunc usque auxisse rempublicam quum de facultatibus privatim suis, tum etiam publicis patriæ. Voluisse eum illo tempore causam suam, quum paulo ante tanquam mysteriorum violator delatus esset, sine dilatione cognosci: verum adversariis ejus postulationem, quæ æquissima videbatur, in aliud tempus rejicientibus, absentem patria multatum fuisse. Interim necessitate coactum, serviisse hominibus infestissimis, et quotidie de vita periclitatum esse. Non potuisse quidquam civibus sibi conjunctissimis, propinquis, patriæ denique toti prodesse, quanquam illam universam errantem videbat: idque propterea, quod exsilio impediretur. Negabant ejusmodi hominem, qualis esset ipse, quidquam egere novis rebus, vel publici status immutatione; nam posse hoc illum populi beneficio, ut et ipse sit æqualibus superior, grandioribus natu non inferior, et adversarii ipsius tales esse omnibus ostenderentur, quales fuerint antehac, quum tamen posterius, facti potentes, optimos quosque e medio sustulissent; denique istis, jam solis in republica relictis, hanc unam ob causam cives fuisse contentos, quod meliores homines, quorum opera uti possent, non haberent. Alii vero affirmabant unum hunc esse omnium calamitatum, quas antehac perpessi fuissent, auctorem, et eorum, quæ metuenda essent ne posthac reipublicæ acciderent, illum unum videri constitutum esse inceptorem.

Digitized by Google

QUATRIÈME.

THÈME GREC *.

Il en est à peu près de l'étude de l'histoire comme des voyages. S'ils se bornent à parcourir beaucoup de pays, à voir beaucoup de villes, à examiner la beauté et la magnificence des édifices et des monuments publics, seront-ils d'un grand usage? Rendront-ils quelqu'un plus sage, plus réglé, plus tempérant? lui ôteront-ils ses préjugés et ses erreurs? Ils l'amuseront pour un temps comme un enfant par la variété et la nouveauté des objets qui lui causeront une stupide admiration. En user ainsi, ce n'est pas voyager, mais s'égarer et perdre son temps et sa peine. Les anciens entreprenaient de longs voyages, mais c'était pour s'instruire, pour voir des hommes, pour profiter de leurs lumières. Tel est l'usage que nous devons faire de l'histoire.

CINQUIÈME.

THÈME LATIN **.

Le bonheur parfait n'est pas sur la terre; mais le plus grand des malheurs, et celui qu'on peut toujours éviter, c'est d'être malheureux par sa faute. Il n'y a point de route

* Premier prix. Charles (Anatole), né, le 13 mars 1831, à Condé-sur-l'Escaut (Nord), Élève du Collége royal de Charlemagne. — Deuxième prix. Gautier (Joseph-Alexis), né, le 6 octobre 1829, à Metz (Moselle), Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

** Premier prix. David (Émile-Charles-Antoni), né le 24 avril 1831, à Paris, Élève du Collége Stanislas. — Deuxième prix. Benoist (Louis-Eugène), né, le 28 novembre 1831, à Nangis (Seine-et-Marne), Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

plus sûre pour aller au bonheur que celle de la vertu. Si l'on y parvient, il est plus pur, plus solide et plus doux par elle. Si on le manque, elle seule peut en dédommager. Laissons dire les méchants qui montrent leur fortune et qui cachent leur cœur, et soyons sûrs que, s'il est un exemple de bonheur sur la terre, il se trouve dans un homme de bien.

Si d'abord la multitude et la variété des amusements paraissent contribuer au bonheur, si l'uniformité d'une vie égale paraît d'abord ennuyeuse, en y regardant mieux, on trouve, au contraire, que la plus douce habitude de l'âme consiste dans une modération de jouissance qui laisse peu de prise au désir et au dégoût. L'inquiétude des désirs produit la curiosité, l'inconstance; le vide des turbulents plaisirs produit l'ennui. Chercher le bonheur sans savoir où il est, c'est courir autant de risques contraires qu'il y a de routes pour s'égarer. Mais, dans l'inquiétude où nous tient l'ardeur du bien-être, nous aimons mieux nous tromper à le poursuivre que de ne rien faire pour le chercher : et sortis une fois de la place où nous pouvions le connaître, nous n'y savons plus revenir.

CINQUIÈME.

VERSION LATINE*.

Fuit Hadriano imperatori natura bonis malisque permixta, sic tamen ut virtutes eminerent, præsertim militares. Si ad civilia respicias et urbana, comis, aditu facilis, sæpe et obvius, interdum popularis auræ captator, et famæ, non citra jactantiam, appetitor, imperatoriæ tamen majestatis assertor vigilantissimus, tanquam timeri mallet quam diligi. In

* Premier prix. D'Héliand (René), né, le 8 octobre 1831, à Paris, Élève du Collége royal de Henri IV. — Deuxième prix. Prudhomme (Pierre-François), né, le 4 janvier 1832, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

privato, simplex et tenuis et circa corporis cultum civilem non excedens modum, cibo quem fors obtulisset facile contentus, ut quem milites in castris et in stationibus vesci stantem sæpius viderint. Superstitionibus magis et præsagiorum sciscitationi deditus quam sacrorum legitimus observator, occultis magorum artibus plus esse confisus dicitur, pecudes mactans innumeras, adeo ut quoties ab expeditionibus rediret, boves defuturi crederentur. Juris alioqui et æquitatis observans, et publicarum injuriarum vindex acerrimus, sed ad iram promptior quam ad misericordiam : et erant certi quibus asperior in castigando videretur ; nisi pro excusatione sit, quod paucorum supplicio et sanguine nefarias multorum cupiditates restingui posse putaverit. Litterarum vero, licet crebro cum philosophis versaretur et grammaticis, incuriosior habebatur, propterea, credo, quod pleraque manu agere solitus, facta quam verba pluris facere didicisset ; natura tamen non infacundus, ut qui germanos milites Rheno et pruinis assuetos simplici oratione cohortatus, per æstuosa Syriæ ad usque Medorum confinia traxerit. Sin ad rei militaris studia venerimus, quam fortis quamque non pavidum se ostenderit, satis declarant toties impetiti hostes ; nostri etiam milites non semel objectu pectoris a fuga prohibiti et ad pugnam revocati, et hostium dux ejus telo confossus. Quanta vero castrensium negotiorum fuerit scientia, tot munitissimorum oppidorum, tot castellorum oppugnationes, tam multiformi figura compositæ acies. Quanta vigilantia, somni parcitas et exploratæ sæpe noctu stationum vices et vigiliarum ; quanta frigoris et solis despicientia, testantur tot superatæ regiones, et ab hyperboreis montibus usque ad ipsius Persidis terminos peragratus orbis. Felicitatis indicium sit pacatus oriens et occidens, et in sedes suas retrusa barbaries.

Digitized by Google

CINQUIÈME.

VERSION GRECQUE *.

Νόμιζε τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τῇ ψυχῇ εὖ διακεῖσθαι. Καὶ γὰρ οὐδὲ τὸ σῶμα αὐτὸ τὸ λαμπρᾷ ἐσθῆτι κεκοσμημένον φαίη τις εἶναι μακάριον, ἀλλὰ τὸ τὴν ὑγείαν ἔχον, καὶ σπουδαίως διακείμενον, κἂν μηδὲν τῶν προειρημένων αὐτῷ παρῇ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ψυχὴ ἐὰν ᾖ πεπαιδευμένη, τὴν τοιαύτην καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον εὐδαίμονα προσαγορευτέον ἐστίν· οὐκ ἂν τοῖς ἐκτὸς ᾖ λαμπρῶς κεκοσμημένος, αὐτὸς μηδενὸς ἄξιος ὤν. Οὔτε γὰρ ἵππον, κἂν ψέλλια χρυσᾶ καὶ σκευὴν ἔχῃ πολυτελῆ, φαῦλος ὢν, τὸν τοιοῦτον ἄξιόν τινος νομίζομεν εἶναι· ἀλλ' ὃς ἂν διακείμενος ᾖ σπουδαίως, τοῦτον μᾶλλον ἐπαινοῦμεν. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ χείρων εἴη, καταγέλαστος ἂν γένοιτο· τὸν αὐτὸν τρόπον οἷς πλείονος ἀξίαν τὴν κτῆσιν εἶναι συμβέβηκε τῆς ἰδίας φύσεως, ἀθλίους τούτους εἶναι δεῖ νομίζειν. Καὶ τοῦτο κατ' ἀλήθειαν οὕτως ἔχει· τίκτει γὰρ, ὥσπερ φησὶν ἡ παροιμία, κόρος μὲν ὕβριν, ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας ἄνοιαν. Τοῖς γὰρ διακειμένοις τὰ περὶ τὴν ψυχὴν κακῶς οὔτε πλοῦτος, οὔτε ἰσχὺς, οὔτε κάλλος τῶν ἀγαθῶν ἐστιν· ἀλλ' ὅσῳ περ ἂν αὐταὶ μᾶλλον αἱ διαθέσεις καθ' ὑπερβολὴν ὑπάρξωσι, τοσούτῳ καὶ πλείω καὶ μείζω τὸν κεκτημένον βλάπτουσιν, χωρὶς φρονήσεως παραγενόμεναι.

TRADUCTION LATINE.

Puta felicitatem, non in multorum bonorum possessione, sed in optima animi dispositione, sitam esse. Quemadmodum enim neme corpus illud, quod splendida veste decoratum nitet, felix unquam appellaverit, sed quod sanitate viget, et optime constitutum est etsi eorum etiam quæ supra dicta sunt, nihil illi contigerit; si

* Premier prix. Cathelineau (Pierre-Émile), né, le 24 janvier 1831, à Paris. Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Lefébure de Saint-Maur (Auguste-Alfred-Ernest), né, le 29 janvier 1832, à Paris, Élève du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

animum illum, qui doctrinarum supellectile fuerit instructus, et ejus modi hominem felicem esse proclamandum est : nunquam certe rebus externis magnifice decoratus fuerit, qui per se ipse nullius pretii est. Non enim equum, vel phaleris aureis et splendido ornatu insignitum, si malus fuerit, alicujus pretii existimamus; sed qui optime constitutus est, illum magis laudamus. Ut enim iste, qui servis suis inferior, idem ridiculus omnino foret; sic illi, quibus acciderit ut bonorum possessio majori pretio esset quam propria natura, miseri reputandi sunt. Quod quidem revera sic se habet : parit enim, ut ait proverbium, satietas injuriam, et ignorantia cum potestate stultitiam. Nam istis, quorum male constitutus est animus, neque pecunia, neque vis, neque bonorum decor adest : sed quo magis illæ ipsæ dotes ultra modum confluunt, eo magis ac magis possidentem impediunt, si absente prudentia supervenerint.

SIXIÈME.

THÈME LATIN *.

On peut être bon sans être pour cela un homme vertueux. Celui qui n'est que bon ne demeure tel qu'autant qu'il a du plaisir à l'être. La bonté se brise et périt sous le choc des passions humaines. L'homme vertueux est celui qui sait vaincre ses affections : car alors il suit sa raison, sa conscience; il fait son devoir et rien ne peut l'en écarter. Commandez à votre cœur, et vous serez vertueux. Il n'y a point de vertu sans combat. La vertu n'appartient qu'à un être faible par sa nature, et fort par sa volonté : c'est en cela que consiste le mérite de l'homme juste : et quoique nous appelions Dieu bon, nous ne l'appelons point vertueux, parce qu'il n'a pas besoin d'efforts pour bien faire. Rien n'est plus aimable que la vertu; mais il en faut jouir pour la trouver telle. Quand on la veut embrasser, semblable au Protée de la fable, elle prend d'abord mille formes effrayantes, et ne se montre enfin sous la sienne qu'à ceux qui n'ont point lâché prise. Se plaire à bien faire est le prix d'avoir bien fait; et ce prix ne s'obtient qu'après l'avoir mérité.

* Premier prix. Lefèvre (Jules-Amédée), né, le 20 juin 1833, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Goumy (Jean-Édouard), né, le 8 décembre 1832, à Paris, Élève du Collége royal de Charlemagne.

Digitized by Google

SIXIÈME.

VERSION LATINE *.

Sunt qui poeticas fabulas et exornandæ orationis præcepta deprimere conantur, et inanem ludicramque esse doctrinam dicunt, neque alio quam ad puerorum animos vana quadam oblectatione demulcendos referri. Poetarum vero fabulæ, quas isti tantopere exagitant et insectantur, non levia quædam et frugis expertia otiosorum hominum commenta sunt. Imo sub iis velut involucris atque integumentis omnis prope sapientia, omnis ingenuo homine digna cognitio continetur. Eratosthenem quemdam fuisse aiunt, qui poeticen ita contemneret, ut Homerum ineptæ loquacitatis magistrum nominaret. At certe Plato et Aristoteles, quorum non paulo major est quam Eratosthenis auctoritas, ita sæpe repetitis ex eo testimoniis utuntur ad confirmanda ea quæ tradunt, ut eum non tantum studiosissime legisse, sed vix unquam de manibus deposuisse videantur. Eloquentiam autem quis nescit a gravissimis auctoribus rerum omnium reginam vocari? Hæc est illa virtus, quæ quamlibet in partem arbitratu suo flectit audientium animos, eosque pulchritudinis suæ splendore obstupefactos, quibusdam velut habenis orationis regit. Hæc illa est quæ consolatur mœrentes, afflictos excitat, jacentes erigit. Hac Cicero fretus Catilinæ furores et nefarie in patriam inita consilia dissipavit; hac togatus superavit armatos; hac instructi qui sunt, majus omnibus tyrannis imperium in homines obtinent. Si quidem tyranni possunt corpora constringere, hi vero dominantur in animis. Illi invitis imperant, hi volentibus. Illi et oderunt omnes, et odiosi sunt omnibus; hos in omne hominum genus beneficos perpetua omnium benevolentia comitatur.

* Premier prix. Gerbidon (Émile-Victor), né, le 16 octobre 1833, à Paris, Élève du Collége royal de Bourbon. — Deuxième prix. Abart (Henri-Léon), né, le 25 décembre 1831, à Manies (Seine-et-Oise), Élève du Collége royal de Bourbon.

Digitized by Google

COPIES
D'ÉLÈVES COURONNÉS.

RHÉTORIQUE. — DISCOURS LATIN.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX), PRIX D'HONNEUR.

Cicero Marco filio suo Athenis studenti.

Bene habet, fili, et mehercule quam optime habet, quod te valere audio, non corpore magis quam mente. Equidem, absit verbo invidia (præsertim quum hæc, quæ dicam, per te jam nulla sunt, et loquor verbo tenus), confitebor non fuisse me aliquantisper curæ et sollicitudinis, etiam doloris expertem, qui te prætextatum admodum, remoto custode, tanquam abruptis gravissimis catenis exsultare, et primam statim libertatem impotenti, quantus est, ætatis fervore præripere, ac deterius amplexari intelligebam. Certe sperabam propediem, levissimo momento, cessuram hanc imprudentiæ tuæ lasciviam : hanc enim spem, ut mihi, quum natura tua ingenioque, tum promptissimo ad audiendas admonitiones animo, et pio patris respectu, injeceras, sic eventu mutatisque in melius et inversis moribus, non ita multo post repræsentavisti. Ergo me non falsum habuit tui æstimatio, non paterna caritas : ab ingenti tristitia me retraxerunt Trebonius, Lentulus, ceterique amici, qui Athenas inviserunt, quos, tam grati nuntii auctores, haud scio an propter bona verba jam vehementius diligam. Quid enim in hac continenti ac perpetua vitæ meæ importunitate potest esse acceptius atque antiquius, quid ad levandas miserias temporum et acerbitates aptius, quam si filius, quem unice diligam, quem a teneris omni virtutum atque humanitatis supellectile instruere ac munire instituerim, bonus audiat? Quid optatius, quam si, morum sanctitate magistra, fortem ac strenuum civem patriæ adornare potuerim? Jam quid deerit mihi, si in dies ipsam hanc, quam de te opi-

Digitized by Google

nionem fecisti, magis magisque in dies augere atque amplificare enitaris? Scilicet id impertieris amantissimo patri, id famæ tuæ, quæ, si steteris, integra erit; si minus, pessima : nam ratum habeas necesse est, segnius fore ac turpius paratam virtutem socordia remisisse, quam per imprudentiam omnino non paravisse.

Perge igitur, mi Cicero, virtutem amplecti, virtuti adhærere : cujus etsi ardua est et angusta via, ingressos nunquam pœnituit, progressos semper juvat. Ea si quid asperi habet aut incommodi, jam vicisti ac superavisti : illud modo superest, ut in incœpto perstare velis, et ad carpendos fructus erigaris. Quid tibi officere potest, si quidem ipse ultro quæ te in deterius derivare queant, amoveris, quæ in meliorem et puriorem agendi formulam allicere, manibus submiseris. Utrumque tibi optime consultum est, et quod prava atque incesta vitii delinimenta projecisti, et quod secura virtutis incitamenta tibi asseruisti. Facessant ergo, ut Gorgias iste, omnes ii pietatis eversores, castitatis exstinctores, intestabiles viri, cum jactatoria lingua, pessimis exemplis, moribus scena et pulpito dignissimis; qui de humanitate disserunt, superbi; de frugalitate, luxuriosi; de comitate, truces; de liberalitate, avari; de continentia, libidinosi; de labore, inertes; de fortitudine, timidi et mulierculis segniores. Cratippus est, quem audias, quem secteris, quem colas, et quatenus in te erit, imiteris oportet, verum philosophum, verum sapientem, venerabilem justitiæ æduum. Hunc tibi propone, quem diligas, amicum; cujus similitudinem referas, magistrum; hujus demum secta ad virtutem animis aculeos facesque addet. Ceterum non parvi momenti ad hoc, quod petis, exempla futura sunt : nam paucissimi quidemsatis valent, qui sponte sua bonam vitam amplectantur. Memineris fortasse præclara illa et frequenter usurpata Hesiodi carmina, tres hominum partes discernentis : primam et optimam eorum, qui ipsi sibi in capessenda sapientia consulant; inferiorem, quanquam commendabilem quoque, si quis egregie monita bene ceperit, et virtutem dehinc edoctus pro parte virili sequatur; extremos denique et viles, qui neque sua sponte, neque per adhortationem meliorum emergant ad saniora vitæ instituta.

Quid plura? Qui in exemplis moror, non possum non prætex-

Digitized by Google

tatas istas, quæ dicuntur, amicitias breviter cursimque attingere : nam vereor ut adversus eas cujusque adolescentuli pestes satis aut cautus sis aut defensus. Quales Romæ sint, quales Athenis, egregio nimirum studiorum obtentu, otientur, expertus ego nimio plus novi. Quam leves ! quam vani ! quam ardentes ad inania, quam in seriis frigidi ! quam magnarum artium incuriosi ! Sperne, precor, ac despice, mi Cicero, delicatos istos ac mundi muliebris studiosos, quos rideat ac fastidiat prudentissimus quisque, etiamsi assidue pexos, imberbes aut bene barbatos videat; plerique, medius fidius, magna nomina ostentant, eximiæ famæ heredes, verum (quod etiam cumulat agendi deformitatem) ignavi cessatores : quasi vero majorum gloria ignobilitatem posterorum non premat. Mitte istis suos, quoniam tanti est, calamistros, mitte lascivientem cultum, mitte comessationes. Quæ omnia nonnisi ad luxuriam pravasque libidines irritamenta sunt. Non quod te asperum esse velim atque habitu atrocem, ut quidam, plus æquo intenta severitate, vasti videntur ac subrustici : at neque ipse, etiam si minus præcaverim monendo, modum excesseris, qui illud proverbii loco vulgatum teneas « ne quid nimis, » et certum esse scias in rebus temperamentum, quo apte sibi constent, certosque fines, quos si quis non attigerit, si quis transgressus erit, juxta errare dicitur.

Falsi sunt, enimvero falsi, qui virtutem tetram et horridam in torvo ac sinistro supercilio pendere calumniantur : virtus nihil boni hominibus invidet, nihil quod honestum sit, abdicat aut repudiat : etiam relaxationem animorum atque recreationem capit, imo provocat. Quis nescit esse delicias quasdam dulces ac jucundas, easdemque adeo non virtuti inimicas, ut contra adjutrices ejus ac procreatrices esse videantur? Certe tu, quæ sint, me docente, apprime novisti, præsertim φιλόμουσος ὢν καὶ φιλόκαλος. Haud magis mehercule felicitati, quam morum sanctitati consuluit, qui prudentem ac salubrem morum elegantiam exercuit, nedum sordidam et impexam austeritatem. Quid si artes excoluerit, artes inquam, quibus vita et decorata est et fortunata? Artes ingenium alunt; mentem extollunt : nihil est quod non in melius flectant ac convertant; neque scio an optimæ sint virtutis magistræ, litteris scilicet finitimæ. In hoc te versari artium, littera-

Digitized by Google

rum, philosophiæque contubernio, ut volui, ut lætor! Nempe quo tempore admodum præsentiora sunt et feliciora hæc studia, quam in hoc potissimum discrimine quod instat, quod subimus? Quam prodest, in hac maligna et tristi vitæ nostræ luce, umbratiles illas nonnunquam repetere disciplinas, et otium opportunum inter acerbissima negotia usurpare! Aut quod aliud prorsus superest solamen bono civi et patriæ amanti, in miseris hisce patriæ temporibus, etiam inclinata in æternum fractaque populi romani fortuna, quam confugere procul ab immani civilium tempestatum tumultu in sublimes ac placidas domos, et, ut Lucretius ait, « templa serena », unde calamitosos rerum casus ac detonantes infra procellas vir sapiens despicere queat, si minus tutus, saltem securus? Ceterum dii omen prohibeant et averruncent! jam in stante (quod utinam expedire possit bonorum constantia, superorum adminiculum), in prævalente republica, quum tanta compages nonnisi sapientia quadam singulari in unum coalescere potest, nonne e sacris demum scientiæ penetralibus emersuros intelligis, qui spes Romanorum asserant, et invictam agendi fortitudinem reipublicæ commodent!

Quæ quum providerem, mi Cicero, et ipse olim Athenas veni, et ut ipse venires, curavi : nam repetendam altius ab origine fecundam bonorum materiem, æquum censebam. Hæc est ludicrarum artium prima et genuina usque patria, litterarum parens, quæ postea e materno umbilico detractæ, in Romæ hospitium sese contulerunt. Quis igitur locus potuit esse alendæ isti culturæ aptior, quis ingenuis studiis suscitandis commodior, quam ex quo, tanquam uno fonte, in omnes circumcirca terras litteræ propagatæ sunt, et felix doctrinarum proventus in totius orbis universitatem redundavit? Aut qui, recessus gratia famæque jacentis sinu ab armis adhuc (faxint dii ut semper!) tutus ac protectus est? Verum hæc omitto, quæ, ut me sollicitent, tibi non curæ esse expediet. Fruere modo hoc civitatis domicilio, quæ tam amplum olim, tam magnificum poetarum, oratorum, philosophorum partum exsolvit! Recordare istic cecinisse Æschylum, Sophoclem, Euripidem, Pindarum; istic tonuisse Periclem, Æschinem, Demosthenem; istic sublimia dedisse sapientiæ oracula et multos alios, et in primis Socratem, cujus nobis adeo

Digitized by Google

præcepta per manus tradidere Xenophon et Plato ille, Plato, non sentiendi modo, sed et dicendi auctor ac magister præstantissimus.

Tot tamque excellentium virorum memoria ac veluti consessu, non potes quin affleris. Satis erit si religiosa mente recordationem eorum invocaveris, si religiosis oculis vestigia, quotquot superent, relegeris atque servaveris ! Neque te parum docebunt, opinor, academici saltus, neque segnius movebunt egregia monumenta, signaque et memores veteris gloriæ reliquiæ. Sic tibi, omnia hæc variæ pulchritudinis exemplaria intuenti, in iisque assidue defixo, nescio quo pulchritudinis sensu, nec opinanti, mens imbuetur, in quam, velut in fidele ac sincerum speculum, omnes eximiæ imagines repercussæ pervenient. Quas ubi altius impressas penitusque hærentes animo collegeris, sors erit immensa, copiosa, quæ in sequentem vitam prominebit, quamque semper lucro licebit apponere. Ergo agedum, mi Cicero, hæc ab Athenarum domicilio mutueris; hanc mihi, quum redibis (si quando non ad te potius ego proficiscar), hospitii tanti tesseram reportes. Vale.

M. A. A. Chassang,
Élève du Collége royal de Charlemagne.
Institution Favard.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Cicero Marco filio suo Athenis studenti.

Si mihi filium dii immortales dedissent nullius bonæ rei studiosum nec cujusquam nisi vitii amantem, profecto verba in surdas aures lapsura non perderem; quum autem te, Marce fili, quanquam juvenili impetu et ingenito isti ætati tuæ ardore nimium raperis, patris tamen consiliis semper obsequentem, necnon virtute aliqua et etiam, quod utinam in reipublicæ bonum convertas, nonnulla industria bellica conspicuum agnoverim, te tui ita admonitum velim, ut nihil unquam quod patre, quod civitate, quod ipso te sit indignum, admittas. Qua in re nihil ego prorsus proficere queam, nisi tu patris consilia, benigna docilique mente, accipias. Igitur ex quo die me reipublicæ servatorem, me patriæ patrem senatus unanima voce salutavit, nulla res pro-

Digitized by Google

fecto, fili, majorem mihi voluptatem attulit, nulla dulciori lætitiæ sensu pectus meum pertentavit, quam ille exoptatus nec adeo inopinus de vita tua in melius mutata allatus modo nuntius. Scilicet, Marce fili, quum mihi frequentissime Trebonius, Lentulus, et quotquot ex amicis nostris Athenas nuper inviserunt, gratissimos de te rumores afferrent, tunc mihi videbar jam omnem impensæ in tuam institutionem operæ, omnem laborum meorum fructum suscepisse, qui filium genuerim, futurum senectutis meæ præsidium, et civem reipublicæ comparaverim, cujus præcipua in civitatem opera, seu manu, seu ingenio, nunquam desideranda foret. Præsta igitur quantum erit in te, et enitere, fili, ut, increscentibus in dies virtutibus tuis, duplicetur quoque illa nascens et patri dulcissima de te opinio; id conare vehementer ut magnam tui civibus nostris exspectationem facias, teque tuo, non patrio nomine, commendes : quod si mihi concedant, ut te paternæ virtutis æmulatorem, et patrimonio laudis meæ, quam nonnullam fore confido, dignum præbeas, nihil jam reliqui erit quod exoptem.

Erit enim aliquando dies, Marce fili, quum senties quanta nobis patribus erga filios caritas sit, quam læti simus et exsultantes, si filios boni et grati animi habuerimus, vere virtutum et laudis heredes; quanta autem sollicitudine paternus angatur animus, ubi natum omni bona arte, omni liberali disciplina educatum, jam adultum, in libidines sese efferentem videmus, utinam nunquam experiaris! Quod si me in talem dolorem dii creavissent, quid mihi rempublicam in præcipiti stantem, et jam propemodum ruentem, firmasse, quid civibus domos, templa, vitam, omnia denique e perditissimorum hominum manibus ac veluti ex ipsis lethi faucibus erepta, restituisse prosit, si, dum publicæ saluti consulo, domesticis doloribus et intestino luctu excrucier; si filium patris immemorem, civem mala omnia reipublicæ aliquando machinaturum, in universorum perniciem foveam? At Hercule, aliter dii rem se habere voluerunt; qui te in deterius jam inclinantem ad meliora revocaverunt. Amotus enim Gorgias et quicumque tibi malorum consiliorum auctores erant. Agedum ergo, fili, omnes istos animi tui corruptores et hunc præsertim rhetorem, qui melius intemperantiæ quam declamandi magister

Digitized by Google

dicatur, e commercio tuo conspectuque amove. Eripe te ex istius schola, omnium vitiorum officina; quidquid ex eorum consuetudine sumpsisti protinus exue : ne patiare eos, si quid est in te ingenii, hebetare, si quis in virtutem impetus, cohibere : ipsum ego te rei judicem constituo : habes hinc Gorgiam mali, inde Cratippum, boni exemplum : utrum potius sequi ducas, pronuntia. At, fili carissime, si vel minimum attendas, nonne te pudeat istis hominibus admodum inservire, quos adeo non imitari, ut iis contra exemplo tuo et continua atque manifesta virtutum omnium exercitatione, pudorem suorum flagitiorum injicere debeas? Illis enim reipsa inservis, tu liberum animum ingenuumque sortitus; nequaquam enim possum credere te ultro in vitium, nullis consiliis seductum, declinasse; at profecto, si sanguis es meus, Cratippo soli adhærebis; eum philosophiæ magistrum, eum morum præceptorem audies, eum vitæ ducem, et quasi mei vicarium alterumque patrem, sequeris.

Quod enim me tibi frequentissime, Marce fili, in nostris apud Tusculanum agrum disputationibus memini dicere de isto Herculis bivio, id nunc tibi faciendum est. Diu perpende quam viam sis initurus : aut potius bonam statim ingredere. Noli igitur eos imitari qui vanam ac luxuriæ ac libidinibus deditam juventutem absumunt; sed melius ipse tibi consule. Scio enim multa esse quæ Athenis degentem a recta via dissuadeant. Scio juvenum magnum numerum esse, quorum is demum labor est patrimonium disperdere, ea demum cura quærere quomodo labenti et fluenti in dies patrimonio subveniant. His tu neque oblectationum sociis, nec præsertim morum præceptoribus, vitæque magistris utere. Ruis enim in perniciem minime dubiam; quidquid est apud te egregiæ indolis, facis irritum : quid, quod eæ ipsæ dotes, quas tibi natura in bonum usum convertendas benigne impertita est, perniciosæ tibi fient; et, quantum prodesse debuerant, tantum nocebunt : ita ut hinc mali ventura sit accessio, unde remedium esse oportuerat. Ne igitur, precor, carissime fili, ne in hoc rudi virtutum omnium tirocinio, quod nunc ponis, deficias; sed quo major erit in te vitiorum impetus, eo fortior evadas, eo ardentiori contentione obnitare, ut, omni aditu intercluso, vitio sis totus impervius. Patiare ergo ceteros animum

Digitized by Google

flagitiis, corpora libidinibus obnoxia tradere; tu vero memor animum tibi esse divinæ animæ partem et æthereos haustus trahentem, corpus autem destinatum animi famulum, age ut M. Tullii filium, ut Cratippi, egregii viri, discipulum decet. Non quod ego omnem tibi oblectationis viam intercludam, et hunc juvenilem ardorem, hunc ignem vehementius flagrantem ita sedare velim ut exstinguam : at contra te, voluptatibus et deliciis, quibus juvenis bene institutus et informatus exsultat, uti maxime cupio; sed quemadmodum viam ingressus, abscisis utrinque in præcipitem locum lateribus periculosam, si vis hoc evitare, non ideo ruis in illud, sed medium tenes; ita est inter dissolutum et strictum aliquis modus, inter mollem et asperum media quædam ratio quæ virtus dicitur, quam si sequeris, et tibi et ceteris bene commodeque facis. Cole igitur istum juventutis tuæ florem; nunquam pater officiet; cole voluptatum omnium ac deliciarum usum, quas tibi Athenis affluere lætor, addito tamen aliquo philosophiæ et comitatis atque elegantiæ temperamento.

Quod si tibi aliquid majus animo proponere vis, ad quod adipiscendum enitare, sunt dulces nec virtutibus adversæ deliciæ, quas quidem haud scio an in virtutum ipsarum numerum jure adscribere possimus. Ut enim pars nostri melior est animus ille divinus et immortalis, sic eæ voluptates virtutibus proximæ sunt, quæ ad animum spectant. Scilicet, Marce fili, eam morum elegantiam quam modo tibi prædicabam, tibi utile simul ac laudabile erit retinere; artes autem colere et litteras philosophiamque amplecti ne dedigneris. Utinam esses usu expertus, ut ego sum, quid sit in litteris et omnibus liberalibus artibus jucundi, magni, egregii! non iisses præceps quo te improba quorumdam consilia et exempla transversum egerunt; habuisses in his studiis malarum voluptatum, malarum cupiditatum frenum salutare. Præclarum hunc igitur totius philosophiæ amorem a patre tuo accipe. Quid enim tibi relinquam quo magis lætari possis, nisi earum artium studium quæ oculos animosque delectant, earum litterarum quæ mentes erigunt, illius demum philosophiæ, quam veluti de cœlo lapsam veneramur. Hanc vitæ ducem sequere; hæc, si quid est in me ingenii, dedit : quidquid honorum, quidquid laudis apud me fuit, et est hodie, id litterarum et philosophiæ bene-

Digitized by Google

ficium est, quæ ut in prosperis rebus oblectationem, ita in adversa fortuna solatium afferunt. Eas igitur maxime colere memento : præsertim hisce temporibus, quum, labante omni ex parte republica, et discordiis inter cives flagrantibus, inclinat mirum in modum urbis nostræ fortuna. Quod si (utinam me falsum vatem melior eventus arguat!) dii ita romanam hanc civitatem et divinum hoc Capitolium tueri recusant, ut, felicissimis auspiciis in perpetuum terrarum imperium urbs condita, ultro spem æterni dominatus projiciat et prona in ruinam præcipitet, quid tibi, pessumdata republica, quid, amissa libertate, superesse queat, nisi prius solamen aliquod malorum tibi comparaveris, nisi portum quemdam muniveris, in quo, tempestatum fluctibus jactato, a maris æstu et assultu requiescere tibi tandem securo liceat? Habebis enim inde præsentium calamitatum non modicum levamen, et etiam spem aliquam et ad agendum fortitudinem in his augustissimis philosophiæ penetralibus veluti reservatam; unde, si quando respublica ex hoc temporum nostrorum tumultu respiraverit, vis aliqua et ad consilia fortiter capessenda et res publicas diligenter administrandas major constantia atque audacia succurret.

Civilia igitur vere studia es amplexus : civile opus agis; quod quum mihi tibique propositum esse voluerim, nullum usquam ejusmodi culturæ ac reparationi aptiorem Athenis locum esse arbitratus sum : quanquam enim illas nostras disputationes maxime desidero, in quibus tenerum adhuc et mollem animum tuum omnibus facilioris philosophiæ præceptis informare gaudebam, quanquam maxime cupio te mihi assidere et iisdem focis, iisdem penatibus frui, tamen quum hic ego publicis muneribus et officiis distinerer; tu vero Romæ non satis abundantem rerum omnium, quas philosophiæ studioso suppetere necesse est, supellectilem invenires, misi te Athenas, urbem rhetorum frequentia et peritissimorum celebrem, artibus omni tempore florentissimam; in qua præcipue, si est usquam in ulla urbe, harum rerum quas Romæ requirimus, maxima tibi copia suppeditatur. Ibi, quanta potui liberalitate, domum tibi constituendam curavi, omni splendido apparatu egregiam; ita ut cum locupletissimis adolescentibus, eadem studia sequentibus,

Digitized by Google

vel omni vitæ jucunditate, vel præceptorum numero posses contendere. Quum ibi igitur tum quæ ad commode beateque vivendum, tum quæ ad bene animum informandum conferant, in promptu habeas, nihil est quod amplius expetas. Dum enim Cratippi sermonibus ades, dum academicorum præceptis innutriris, alia quoque tibi ex ipsa urbe, ex ipso illo Atticæ solo adjumenta succurrunt. Vivis enim in hac urbe, quæ cives egregios omni genere tulit : vivis in ea regione quæ, ne plures enumerem, sexcenti enim obvii sunt, Miltiadem, Themistoclem, Æschylum, Sophoclem, Euripidem, Lycurgum, Demosthenem præsertim meum, duces, poetas, oratores excellentissimos edidit. Horum quasi in cœtu versaris; eorum statuas habes ante oculos : versus in theatro audis, opera in Lyceo perlegis. Quid ille etiam quotidianus Ægæi ac Salaminiaci maris conspectus, veteres Græcorum triumphos etiamnum velut immurmurantis! Nonne tibi talia animum ingenti litterarum ac philosophiæ studio incendunt? Nonne vehementi patriæ amore pectus tuum commovetur, quum tam magnifica exemplaria oculis tuis proposita singulis diebus habeas? At ego, nisi me aliquis error decipiat, profecto, si Athenis degerem, non possem non mihi fingere quemdam adesse mihi illorum virorum comitatum, qui me usquequaque vadentem sequeretur, cujus veluti consuetudine frui, ac sermonibus misceri viderer. Ipse enim olim adolescens, Rhodum et Athenas invisi, præclara illa litterarum et philosophiæ incunabula, æternamque omnis elegantiæ sedem. Illis in locis commoratus sum; ibi ingenium animumque informavi; ibi vita mea primum institui cœpit : illinc eam constantiam, qua semper ad hanc diem vixi, retinui.

Igitur tu, Marce fili, patrem imitare : locos istos tot eximiorum virorum memoria insignes quotidie lustra et perlustra; quid fecerint assidue mente tua volve; eorum ad exemplum, quantum poteris, vitæ tuæ rationem compone. Instituas tibi perpetuam operum illorum, quæ plurima Athenis habes, commentationem. Interea quidquid magnifici in artium monumentis vis ætatis integrum reliquit, invise et contemplare. Quum enim nunc ad meliores sensus revocatus, omni adeo vitii labe carere incipias, et ad virtutem, a qua nunquam deflectere debueras, rursus

Digitized by Google

convertaris, nil tibi superest, si vis patri amantissimo placere, nisi ut philosophiam arctissime amplectaris; in ea vitæ nostræ omnem sitam esse felicitatem recordare. Quod si feceris, et omnium rerum quotquot præclara sunt exemplaria Athenis tibi occurrentia altius in te receperis, magna mihi spes est, o fili, te nunquam non fore omni amore meo, omni civium nostrorum favore dignissimum. Quidquid enim ab his annis eris assecutus, in posterum servabis : quæ tua nunc erit vivendi ratio, hæc per totam ætatem manebit. Igitur effice te reipublicæ administrandæ et tractandis negotiis habilem, effice te omnium virtutum capacem, patri non imparem, romani civis nomine dignissimum.

E. M. F. Dottain,
Élève du Collége royal de Bourbon.
Institution Bellaguet.

RHÉTORIQUE. — DISCOURS FRANÇAIS.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Saint Augustin au peuple d'Hippone.

Chrétiens, ce sera un jour de lugubre mémoire et suivi d'un long deuil dans l'imagination des hommes, que celui où cette terrible nouvelle s'est répandue par tout l'univers : Rome a été prise et saccagée par les barbares! Tous les peuples se sont tus d'abord, frappés de stupeur et d'effroi; ils refusaient de croire que la ville éternelle eût terminé sitôt les destinées qu'elle s'était promises; et lorsqu'enfin ils ne purent plus douter de la vérité, pleurant la ruine d'une cité dont le salut était le gage du leur, et qu'une longue habitude d'obéissance et d'admiration leur faisait regarder comme une véritable patrie, ils s'écrièrent d'une voix unanime : « Comment donc est tombée cette reine du monde? comment donc a-t-elle pu périr? » — Oui, chrétiens, Rome n'est plus : ni cette ombre de puissance qu'elle conservait encore, ni ces grands souvenirs qui semblaient suffire pour la protéger, n'ont pu la défendre contre des hordes de barbares qui connaissaient à peine son nom. Elles sont entrées sans combat dans cette

Digitized by Google

ville, qui naguère dispersait des armées immenses dans l'univers soumis à ses lois : les dépouilles du monde ont passé dans les mains de ces nouveaux venus. Tout a péri dans une même ruine ; les chefs-d'œuvre des arts et des lettres ont été anéantis avec les monuments de la vanité et de l'impiété des hommes. Le fer et la flamme ont porté partout le carnage et l'incendie ; le sanctuaire même, malgré la défense du chef de ces barbares, a été souillé par des vengeances impies et des meurtres sans nombre. Et maintenant, Rome, abandonnée également par ses habitants et par ses vainqueurs, semble condamnée désormais à la solitude et à la désolation de ces villes impies que Dieu châtie dans sa colère : triste objet d'horreur et de pitié ! Mais ce n'est pas assez d'une stérile compassion pour des malheurs qui nous touchent surtout peut-être parce qu'ils nous font craindre pour nous-mêmes ; il y a une autre pitié qui ne s'exprime pas seulement par des gémissements et des lamentations ; généreuse et vigilante, elle s'empresse d'abord de soulager les douleurs qui ont fait couler ses larmes ; vertu toute chrétienne, descendue du ciel avec le Dieu qui voulut mourir pour le salut du monde. Jamais une plus belle occasion ne lui fut offerte ; jamais elle n'eut à secourir de plus grandes infortunes. Déjà vous avez vu aborder sur ces rivages un grand nombre de Romains échappés au fer des barbares. N'est-ce pas un spectacle bien touchant et bien propre à nous faire réfléchir sur l'inconstance des destinées humaines et sur les desseins merveilleux de la Providence, que la vue de ces descendants des plus illustres familles de Rome, qui viennent demander une patrie aux fils de ces Carthaginois dont leurs pères ont détruit autrefois la ville ? Qui eût jamais prédit qu'un jour la terre d'Afrique serait le plus sûr asile offert aux Romains chassés d'Italie ? Mais je me reproche d'avoir rappelé ici de vieilles haines que le temps seul a dû anéantir ; faites taire tout sentiment contraire à l'esprit de concorde et de charité que votre religion vous commande. Tous les hommes ne sont-ils pas vos frères, et ceux-ci n'ont-ils pas à votre compassion les droits sacrés du malheur ? Donnez-leur donc cette hospitalité qu'ils implorent au nom d'un Dieu commun, protecteur des suppliants ; partagez avec eux votre richesse ou votre pauvreté ; faites-vous, suivant la parole

Digitized by Google

de l'Ecriture sainte, des trésors que la rouille ne ronge point; mettez-vous sous la protection des infortunés, toute-puissante auprès du Seigneur.

Mais je crains qu'en remplissant tous les devoirs de la charité, vous ne vous laissiez aller à de coupables murmures contre la Providence, qui, dans ces malheureux qu'elle vous confie, semble vous offrir une image des épreuves qui vous attendent peut-être. Gardez que l'émotion profonde que vous avez ressentie, et les frayeurs qui vous agitent, ne fassent chanceler la foi dans vos âmes. Ne cherchez pas à sonder les desseins impénétrables de la Providence, qui ne vous seront révélés que dans les temps marqués par sa sagesse; ne dites pas : O mon Dieu, pourquoi m'avez-vous abandonné? mais confiez-vous à cette bonté divine dont les voies sont inconnues aux hommes, et qui sauve quelquefois ceux qu'elle semblait décidée à laisser périr. Ne prêtez pas non plus l'oreille aux plaintes sacriléges des païens; ils vont partout accusant les adorateurs du vrai Dieu, publiant les louanges de leurs idoles, dont la chûte, selon eux, est la seule cause des maux qui affligent l'empire. « Ce sont nos dieux, s'écrient-ils, qui ont jadis donné à Rome la domination du monde, et qui aujourd'hui vengent leurs honneurs méprisés et leur culte aboli par ces châtiments terribles. » Calomniateurs perfides, qui rejettent sur les chrétiens tout le poids de leurs crimes, et qui s'efforcent d'ébranler dans nos âmes la foi déjà affaiblie, hélas! par le spectacle de nos malheurs! ingrats qui blasphèment maintenant le nom qu'ils ont invoqué, quand ce nom seul pouvait leur sauver la vie! Que n'imploraient-ils alors le secours de ces dieux si puissants qui n'ont pu se protéger eux-mêmes, puisque leurs temples, vains restes d'un culte insensé, ont été renversés par les barbares, tandis que les églises chrétiennes restent seules debout sur ces débris?

Les païens ne comprendront-ils jamais le sens de cette révolution extraordinaire à laquelle ils assistent? C'est pourtant là un de ces grands enseignements que la sagesse éternelle donne aux hommes à de rares intervalles. Nous sommes dans un temps de changements inouïs et soudains, qui renouvelleront la face du monde; reconnaissons ici une main plus forte que celle des

Digitized by Google

hommes, une volonté supérieure à tous leurs desseins. L'empire romain embrassait le monde entier ; son éternité semblait assurée ; il avait dompté tous ses ennemis et ne savait plus où en trouver de nouveaux. Mais Dieu l'a condamné, il périra. Il se détruit d'abord lui-même par une lente et perpétuelle décadence, et, lorsque sa ruine est assez préparée, voici qu'apparaissent tout à coup, au milieu de l'esclavage de tous les peuples connus, des nations ignorées jusque-là du reste du monde. D'où viennent donc ces hôtes terribles dont la vue seule glace d'effroi ? Qui est allé les chercher au fond de leurs solitudes pour les introduire dans un univers inconnu ? N'en doutez pas, chrétiens, c'est Dieu lui-même qui les a pris comme par la main et qui leur a montré la route. En vain l'empire romain rassemble-t-il toutes ses forces pour résister à ces hordes de barbares ; rien ne saurait le sauver : l'arrêt est prononcé ; tous les obstacles qui pourraient en retarder l'exécution s'écartent comme par miracles. Les barbares se précipitent par le chemin qui leur est ouvert ; du premier pas, ils entrent dans Rome. Comprenez-vous maintenant quels sont les desseins de Dieu en frappant de si grands coups ? En même temps qu'il châtie l'orgueil de cette ville superbe, enivrée du sang des martyrs et follement obstinée dans ses erreurs impies, il veut donner aux autres villes un terrible avertissement. Heureux ceux qui sauront en profiter et prévenir les vengeances divines par un prompt retour à la vertu et à la religion !

Est-ce donc à dire, chrétiens, que nous n'avons pas mérité par nos propres fautes les malheurs que la Providence nous envoie ? Eh ! qui de nous serait assez audacieux pour se croire sans tache devant le juge souverain des consciences ? Ce serait insulter à la justice divine qui exerce sur nous ses rigueurs. Croyons bien plutôt que nous les avons provoquées, trop heureux de pouvoir offrir à Dieu, dès cette vie, une assez grande expiation de nos fautes pour jouir dans l'autre de tous les dons de sa miséricorde infinie. Ne rejetons donc pas sur les païens l'anathème qu'ils voudraient faire peser sur nos têtes, mais humilions-nous avec eux sous la main toute-puissante qui nous frappe ; essayons de la fléchir par la patience et la soumission, et, réunis par de communs malheurs, présentons au ciel apaisé

Digitized by Google

le spectacle si doux d'un peuple longtemps divisé par la haine et par la rivalité, mais réconcilié désormais par la charité et l'amour.

Et maintenant, chrétiens et païens, je vous en conjure tous ensemble, puisque je ne veux plus voir en vous qu'un seul et même peuple, élevez vos pensées vers le ciel, et, d'un commun accord, bénissez le nom du Seigneur. Détournez vos regards du spectacle affligeant que vous offre cette terre, et, quel que soit le sort qui vous attend, pleins de confiance dans la divine Providence, toujours juste dans ses rigueurs comme dans ses bontés, tournez vos yeux vers cette patrie céleste qui ne trompera pas vos espérances. C'est là cette cité éternelle où seront admis pour y jouir d'un bonheur sans fin comme sans mesure, ceux qui, par un pieux repentir et par une sainte résignation aux épreuves de cette vie, auront effacé leurs fautes et consacré leurs vertus.

E. Crepet,
Élève du Collége royal de Charlemagne.
Institution Massin.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Saint Augustin au peuple d'Hippone.

Mes frères, c'est surtout dans ces temps de trouble et de désolation, où les misères et les souffrances de l'Eglise semblent justifier le doute et prêter des armes à l'incrédulité, que Dieu a besoin d'emprunter la voix de ses ministres, pour rappeler le souvenir de sa justice et de sa miséricorde éternelle, et raffermir la foi dans tous les cœurs. Jamais, mes frères, depuis les persécutions des derniers siècles, la mission des apôtres de Jésus-Christ n'exigea plus de zèle et de persévérance. Alors, ils avaient à combattre l'erreur et l'impiété florissantes, assises sur le trône des Césars, et à renverser les idoles honorées de tout un peuple; héritiers de leurs dangers, nous avons à soutenir d'autres luttes dans le sein même de l'Eglise, et à combattre l'esprit d'erreur qui s'est emparé de ses enfants. Non, mes frères, jamais, depuis le jour où je fus appelé à donner des soins à ce troupeau, je n'ai senti plus vivement la nécessité de faire briller aux yeux de tous

Digitized by Google

la justice divine, de rendre à la vérité l'éclat que le mensonge cherche vainement à obscurcir, et de faire parler la voix de Dieu plus haut que ces clameurs impuissantes dont le poursuivent l'impiété et l'idolâtrie.

Oui, mes frères, Dieu est juste : dans ses rigueurs comme dans ses bontés, sa justice et sa miséricorde défient toutes les accusations de la malignité et de l'ingratitude. La même main qui châtie et qui frappe, récompense et ressuscite. L'œil de Dieu est éternellement fixé sur les hommes : ni leurs vertus, ni leurs crimes ne lui échappent. Le souvenir des bonnes actions ou des fautes, amoncèle sur nous les tempêtes ou amasse les bénédictions. Oui, la puissance de Dieu ne cesse de se manifester à la terre par des châtiments ou par des bienfaits.

Je sais, mes frères, que le spectacle des calamités présentes, séparé du sentiment des fautes qui les ont amenées, c'est-à-dire des vices longtemps florissants, de l'impiété impunie, en dérobant aux yeux l'équité de la punition, n'en laissent paraître que la rigueur. Je sais aussi combien ce spectacle peut ébranler les esprits, si on le regarde avec des yeux et un cœur purement humains. Comme vous, j'ai senti mon âme se serrer de tristesse à la vue des fugitifs de Rome promenant sur nos rivages leur deuil et leur misère. Comme vous, j'ai été ému d'un sentiment de douleur profonde, quand j'ai songé à cette ville éternelle, naguère la reine des cités, aujourd'hui déchue de son ancienne splendeur, et abaissée dans la poussière. Rome ! à ce nom, que d'intérêts humains se réveilleraient dans nos cœurs pour les déchirer, si la religion, cette consolatrice de toutes les peines, n'apportait sur nos blessures un baume bienfaisant ! que de souvenirs amers le deuil de la patrie, la ruine de cette capitale du monde, raniméraient dans un cœur vraiment romain, si la foi ne nous soutenait quand le malheur nous abat, si l'exemple même de Jésus-Christ ne nous enseignait la résignation ! Nous pouvons, mes frères, comme le divin sauveur, pleurer et gémir sur nos infortunes, pourvu que ces gémissements et ce pleur ne dégénèrent point en accusations contre la justice et la bonté divine. Oui, il est permis à des hommes de gémir sur les souffrances de l'humanité, à des citoyens de pleurer sur les ruines de leur patrie ; mais notre devoir

Digitized by Google

de chrétiens, c'est de lever les yeux au ciel, de prier et d'espérer!

En vain vous entendez autour de vous l'impie, s'appuyant de ces fléaux passagers qui désolent l'Église, demander arrogamment pourquoi la justice de Dieu frappe ses propres enfants, pourquoi sa puissance les abandonne à leurs ennemis. Ouvrez les yeux, chrétiens aveugles! Déchirez ce voile dont vos passions, votre ignorance, votre témérité, obscurcissent votre vue! Sachez distinguer le châtiment légitime et nécessaire de la colère sans mesure et sans frein! Rentrez en vous-mêmes; interrogez votre conscience: si elle ne vous reproche aucune faute; si vous pouvez, sans rougir, descendre dans ses replis les plus cachés; si vous ne trouvez qu'un témoignage auguste d'innocence et de vertu, alors, accusez la justice divine; demandez compte à Dieu de cette indifférence pour les choses humaines ou de cet acharnement aveugle. Mais, si tous vos efforts ne peuvent étouffer le cri de votre conscience et ses justes reproches d'impiété et de désordres; si malgré vous elle vous contraint à rougir, humiliez votre orgueil, et reconnaissez un Dieu souverainement bon et juste: adorez celui qui punit et qui récompense avec une parfaite équité.

Etrange contradiction de l'erreur! Ces chrétiens, qui se glorifient presque d'abandonner un Dieu qu'ils accusent de les trahir, qui refusent de croire à la puissance et à la protection de Jésus-Christ, se joignent aux idolâtres, et courent embrasser les autels de Quirinus et de Jupiter. Ont-ils donc oublié le miracle de cette religion qui, prêchée par douze pêcheurs, pauvres et ignorants, a renversé du trône impérial et du Capitole le paganisme et les faux dieux? ont-ils oublié cette voix sortie de ces mêmes temples où ils courent implorer un inutile secours? « Un Dieu plus puissant nous chasse! » Et c'est ce Dieu tout-puissant qu'ils veulent renverser des autels où il s'est placé par sa propre force et sans aucun secours humain! Mais pourquoi rappeler le souvenir du passé, quand un exemple récent suffit pour les convaincre de folie et d'inconséquence? A-t-il abandonné ses enfants, ce Dieu, dont le nom seul, un instant invoqué, leur a procuré le salut? ce Dieu n'habite-t-il plus dans nos temples, ne descend-il plus sur

Digitized by Google

l'autel à la voix du prêtre? ne donne-t-il plus son sang et son corps pour nourrir tous les hommes? Ah! c'est vous que l'on peut accuser justement de le trahir, vous qui reconnaissez et invoquez sa puissance dans le danger, mais ne profitez de ses bienfaits que pour les tourner contre lui-même, et encourez ainsi le reproche également honteux d'erreur et d'ingratitude!

Dieu, qui étend une protection si évidente sur chaque particulier, n'a donc point cessé de veiller un instant sur l'assemblée générale des fidèles, sur l'Eglise tout entière. Et ici, un objet plus grand s'offre à ma pensée : c'est Dieu qui arme les conquérants barbares, c'est Dieu dont l'esprit leur souffle à son gré la colère ou la miséricorde, c'est lui dont la main les conduit. Et j'en ai pour preuve ces massacres mêmes commis dans Rome et que les ennemis de mon Dieu lui opposent: il les a permis, malgré la volonté du chef barbare, pour punir selon sa justice. S'il est permis à une intelligence humaine de sonder les décrets éternels de la Providence, sans doute ce Dieu des vengeances légitimes, ce Dieu jaloux de sa gloire et de sa grandeur, a suscité contre Rome ce débordement de la barbarie pour y laver les souillures que les crimes de ses empereurs lui avaient imprimées. Sans doute il a voulu purifier cette nouvelle Babylone, et l'absoudre par le malheur, avant d'en faire la ville de Jésus-Christ. Mais les vengeances du ciel sont toujours tempérées par une miséricorde infinie. Dieu amène les barbares aux sources de la civilisation pour les y régénérer; son ascendant invincible pousse ces idolâtres et ces hérétiques vers les eaux du baptême et de la vérité : après avoir fait de ces hordes barbares les instruments de sa justice, il veut que vous soyez les interprètes de sa clémence et de sa bonté. Que dis-je? l'intérêt même de l'Eglise n'a pas été oublié par ce Dieu qui la châtie : il n'hésite pas à nous frapper dans notre orgueil pour nous montrer le néant des biens de la terre. S'il a abaissé cette ville superbe, à qui des oracles menteurs avaient promis une gloire éternelle, c'est pour nous montrer que la cité de Dieu est la seule impérissable. S'il a renversé et détruit les monuments des lettres et des arts, c'est pour nous prouver qu'il n'y a que la parole de Dieu qui ne passe point. Enfin, s'il nous a enlevé une patrie périssable sur la terre,

Digitized by Google

c'est pour nous faire songer à celle qu'il nous réserve dans les cieux !

Voyez, chrétiens, combien la religion, au milieu des tempêtes qui l'assiégent, est encore forte et puissante ! Contemplez ce bonheur éternel qu'elle vous promet après un court pélerinage dans cette vallée de larmes ! Elevez avec elle vos cœurs, et apprenez à dominer la fortune ! Soumettez-vous à la nécessité qu'elle impose de croire et d'être heureux : soyez chrétiens ! Fidèles à cette loi divine, recevez avec une ardente charité vos frères malheureux ; mais, loin de vous aigrir par leurs souffrances, adoucissez leurs maux par des consolations. Ramenez-les, par vos paroles, et plus encore par vos exemples, à la patience et à la soumission. Un secret pressentiment m'avertit d'insister sur ces conseils : qui sait si cette secousse profonde qui a ébranlé l'Italie n'atteindra pas jusqu'à nous ; si vous n'aurez plus seulement à soutenir l'aspect du malheur de vos frères, mais encore à vous fortifier contre vos propres infortunes, et si la nécessité ne vous réduira pas à pratiquer pour vous-mêmes ces vertus dont vous donnez l'exemple ? Veuille le Dieu tout-puissant que j'implore, détourner cette funeste prévision ! mais, dans l'attente de l'adversité, vous ne sauriez trop prémunir vos cœurs contre le désespoir, votre raison contre le doute, votre foi contre l'impiété. Non, mes frères, ne cessez jamais de croire à la protection du Seigneur. C'est dans cette croyance que les peuples comme les particuliers trouvent toujours, au milieu des pertes les plus sensibles, des douleurs les plus mortelles, une force assurée, une douce consolation, et une paix intérieure, qui est le véritable bonheur sur la terre, et comme le signe avant-coureur de l'éternelle félicité.

L. F. E. Ducos,
Élève interne du Collége royal de Louis-le-Grand.

Digitized by Google

RHÉTORIQUE. — VERS LATINS.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Cæsaris invidiam tacitasque accenderat iras
Caius, at ingenti legionum fretus amore,
Decretam mortem imperio mutaverat orbis.
Mox rapit ad Persas devictis agmina Gallis,
Romæ inimicitias veteremque ultura dolorem.
Hic loca Pellæis quondam illustrata triumphis,
Hic Arbelorum campos miratus et oras
Fortis Alexandri memores, per prœlia, tanti
Æmulus ipse viri, magna virtute ruebat.
Mox tamen accisis fortuna illudere rebus
Cœpit, et averso victoria cedere vultu.
Scilicet afflictas inhonesta clade cohortes
Acer agit Parthus, telisque sequacibus urget.
Dux celeri dat terga fuga : tunc plena morarum
Arva remetitur, siccasque pererrat arenas
Milite cum raro; mœsto dolor insidet ori :
Victus enim ipse fugit; validæ cecidere catervæ.
Nil misero superest nisi virtus nescia vinci,
Atque animus memor usque sui nec casibus impar.
Nox erat, et placido lucebant sidera cœlo :
Castra silent; miles luctuque metuque tenetur.
Interea libris sapientum intentus inhæret
Cæsar, et acceptæ quærit solatia cladis,
Multa putans animo curisque ingentibus æger.
Hinc miser et fractis fugiens exercitus armis
Et pubes devota neci, sævusque recursat
Persarum furor : inde etiam miserabile Crassi
Exitium, tellusque ducum fatale sepulcrum.
Tantos sollicito versabat corde dolores;
Ecce autem species, humano corpore major,
Visa duci ante oculos per noctem umbrasque silentes
Apparere : oculis Cæsar mœrentibus hæret;

Digitized by Google

Mox Genium imperii notosque agnoscere vultus
Incipit : hic olim juveni, melioribus annis,
Dum faciles fortuna daret sine fine triumphos,
Adfuerat ; dubium et primo sub limine regni
Pæne reluctantem summa ad fastigia rerum
Impulerat, donec crudelis vota tyranni
Falleret, et vasta populos ditione teneret.

Quam dispar rerum facies, diversus et oris
Cernitur hic habitus ! pulla nam sordida veste
Apparet Genii facies, juvenemque severo
Lumine conspiciens, demisso pallida vultu,
Velle queri visa est, largosque effundere fletus.
Tunc caput et cornu dextra quod rite tenebat,
Ægre suspirans atro velavit amictu,
Et simul ex oculis aulæa per alta recessit.

Obstupet aspectu commotus et omine Cæsar,
Cordaque turbantur venturæ conscia mortis.
Sensit enim venisse diem, quo perfida tandem
Desineret claro fortuna favere labori :
Sensit ab Arsacidum campis non esse regressum
Romanis ducibus ; sed mens invicta timorem
Non capit, aut sævi terretur imagine fati.
At vultu impavido, fortunæ numine major,
« O superi, exclamat, ne me prohibete cruentas
Romulidum clades, ignominiamque meorum
Ulcisci, et fuso Persarum sanguine pœnas
Sumere : ne fœdis Babylon gaudere tropæis,
Ne toties possit romano sanguine pasci.
Quidquid erit tamen et cœptis quemcumque reservent
Fata meis finem, jam vos ea cura manebit,
O superi ; vestro succedant omnia nutu. »

Postera lux oriens ostenderat hostibus hostes :
Dum pulchram peteret Cæsar per vulnera mortem,
Occiderat : victæ stant circum hinc inde cohortes,
Magnanimumque ducem et funus miserantur acerbum,
Communique gemunt fletu ; dolor omnibus unus.
Jam Constantini nullus de stirpe superstes :

Digitized by Google

Ultimus heu generis tanti fuit ! Ilicet ingens
Turbat corda pavor : Persæ fugientibus instant :
Quis miseris aderit qui tanta pericula vindex
Arceat, et reliquum servet dux optimus agmen,
Incolumesque domum crudeli ex hoste reducat?
Quis novus Augustus qui totum temperet orbem,
Par oneri imposito, Caii dignissimus heres?

E. M. F. Dottain,
Élève du Collége royal de Bourbon.
Institution Bellaguet.

DEUXIÈME PRIX (VÉTÉRANS).

Fata suas habuere vices ! quem Gallia quondam
Vertentem muros felici expalluit ausu,
Nunc fugit, accisis rebus vix ipse superstes !
Destituit fortuna ducem ; sed mascula virtus
Indomitumque viget generoso in pectore robur.
Romanas celeri circumvolat agmine turmas
Persa furens, quocumque ruit, sese obvius offert
Cæsar ; dux milesque suos a morte reducit.
Abstulerat lucem bello exiguamque furori
Nox dederat requiem, quum Cæsar volvere secum
Eventus belli varios casusque suorum.
Tum licet elatam non desperatio mentem
Occupet, ingentes surgunt sub corde dolores.
« Hei mihi bellorum socii sociique laboris
Ecce jacent, qui me supero velut orbe revulsum
Italiæque orbisque simul fecere potentem !
Heu per quos vivo, pro me moriuntur inulti !
Nec pudet Assyriis dare terga sequentibus ! illas
Quum videam terras, quibus olim persica castra
Victor Alexander tenues ceu dispulit umbras !
Proh patriæ nomen ! nobis heu ! barbarus hostis
Illudet, Carrhisque novis inventus et alter
Crassus erit ! Tantos, Græcorum maxime, luctus
Tu valeas sanare animoque afferre medelam. »
Dixit : Epictetum simul ima in veste latentem

Digitized by Google

Extrahit, et tantæ sensim vanescere curæ.
Namque videbat uti famam sprevisse deceret
Rumoresque vagos, sibi dummodo conscia recti
Virtutem mens, spe nulla mercedis, amasset.
Ecce autem ante oculos visa est adstare per umbram
Corporis humani species, sed major imago
Humana. Dolor ore sedet, volvuntur amaræ
Ex oculis lacrimæ; nigranti corpus amictu
Velatum, sparsæque comæ. Stat lumina torquens
In juvenem; aspectu princeps obmutuit, hæret
Spiritus. Imperii Genius tentoria lustrat!
« Quid superis de me visum est? quid sordida vestis
Significat? Non te talem Lutetia vidit,
Qui quondam incertum tantumque subire timentem
Imperii pondus, mihi tum quoque visus in umbra
Culmen ad Augustum jussisti ascendere gressu
Impavido, facilesque deos et prospera fata
Pollicitus. Mihine an Romæ sunt fata timenda? »
Miranti Genius similis similisque dolenti
Spectavit juvenem, nec fatis ora resolvit;
Ast ægre gemitus tristi de pectore ducens,
Involvitque toga vultum, lacrimasque recondit,
Cornu quoque involvit signum lætabile pacis.
Nil fatus, subito in tenues evanuit auras.
Augurio Cæsar paulisper territus hæsit;
Ast animi redeunt, ardet nova sumere bella.
Quum ventura dies terris affulserit, arma
Concurrent iterum, Romanus victus adibit
Victores Persas, turmasque lacesset ovantes,
Quæret et hesternæ vincendo oblivia pugnæ.
Postera lux tandem terris affulsit, et ecce
Agmina pullatis procedunt flentia signis,
Inversisque ad terram hastis exsangue cadaver
Cæsaris in patriam magno mœrore reportant.
Heu! utinam detur patrias attingere sedes,
Et juvenem imperio monstratum reddere Romæ!
Heu! quis relliquias tristes clarique ruinas

Digitized by Google

Agminis expediet, mediisque e faucibus hostis
Eripiet? Laudem nullus sibi vindicat istam;
Usque adeo durum est heredia sumere tanta!

J. M. E. Boutan,
Élève du Collége royal de Bourbon.
Institution Bellaguet.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

Hic juvenis, serus magni qui Cæsaris heres
Artibus ingenuis famam quæsivit et armis,
Qui byzantiacas tenuit sub legibus arces,
Vincere qui Persas irrumpentisque procellam
Barbariæ, et patriam voluit fulcire labantem
(Majores in luce moras modo fata dedissent!),
Duxerat ardentes ad bella nefanda maniplos.
Infelix! fortem nam tristia fata manebant,
Grandiaque aggressum fortuna inimica fefellit.
Scilicet esuriens, incensis navibus, ipse
Cernebat jejunam aciem casusque suorum,
Immensumque æquor sine fine patebat arenæ.
Attamen intrepidus, nullo superabilis ictu,
Ibat, et exhaustas acies ad magna vocabat;
Ibat, et ipse agros devenerat Arbelorum
Alter queis juvenis Persas felicior olim
Fuderat, et fractos dare terga coegerat hostes.
Cedere nunc fato et gressus revocare necesse est:
Saltem si solito liceat concurrere ferro,
Et tentare manus! hostis sed mobilis instat,
Romanosque ferit, rursusque repente recedit.
Dux milesque simul tali discrimine rerum,
Victis agminibus juvenis non defuit heros:
Isdem nam meminit sese imperitare catervis,
Queis olim vitam sceptrumque receperat orbis,
Quum lætos justa Gallos ditione teneret.
Cuncta tamen terris media sub nocte silebant,
Lustrabatque vigil princeps præcepta priorum,

Digitized by Google

Quærere si tantis posset solatia curis.
At dum perlegeret victi infortunia Cassi,
Multaque sollicito sub pectore volveret, ecce
Visa sub obscurum noctis consurgere forma
Formidanda, ingens, fœdato pallida vultu.
Attonitus siluit juvenis, modo territus hæsit :
Cogniſa nam species, Geniusque apparuit Urbis
Nuper apud Gallos, fatique arcana resolvit,
Culmen ad Augustum Cæsar quum surgeret inter
Unanimos plausus, magnæ spes ultima gentis.
At nunc qualis adest Genius! quam degener illo
Qui juvenem quondam dubium obstantemque favori
Corripuit dextra, solioque locavit avito!
Squalidus, incomptosque gerens in vertice crines,
Nunc præfert calido maculatas sanguine vestes,
Atque decus fractum sceptri, fractamque coronam.
Ipse manu Persam late ostentare videtur,
Ad pugnam qui tela parat, qui solus in umbra
Lethale exacuit jaculum, volucremque sagittam.
Paulisper juvenem defixo lumine tristis
Adspectat species; mox nigro tegmine frontem
Velat, et auratum cornu quod dextra gerebat,
Illacrimansque fugit volucres, ceu fumus, in auras.
Obstupet incertus princeps; sed protinus instat
Fervidus, ipse animos recipit, vanosque timores
Subjiciens pedibus : « Jactata est alea, dixit,
Pergamus quo fata trahunt! Tu maxime rector,
Rexque paterque deum, cœli de vertice cures
Ne victus moriar, Galilæus et iste triumphet!... »
Quum primum se reddiderat lux crastina terris,
Principis Æneadæ circum miserabile corpus
Flebant; unus erat mœror, dolor omnibus unus;
Quærebantque ducem, tanto qui munere dignus,
Parque oneri tanto, patriæ sarcire ruinas
Posset, et everso tandem succurrere sæclo.

J. M. E. Caussin De Perceval,
Élève du Collége Stanislas.

Digitized by Google

RHÉTORIQUE.—VERSION LATINE.

PREMIER PRIX (NOUVEAUX).

Il y a dans les traités de Cicéron écrits pour la défense des académiciens, un endroit qui est, à mon avis, plein d'agrément et de sel, et où beaucoup de personnes trouvent une grande force de raisonnement. Il est difficile de ne pas être frappé de ce passage : Les philosophes de toutes les sectes qui prétendent à la sagesse, dit-il, accordent tous le second rang au sage de l'Académie, chacun devant de toute nécessité s'attribuer le premier. D'où l'on peut raisonnablement conclure que celui-là se regarde à bon titre comme le premier, à qui tous les autres donnent la seconde place.

Supposez, par exemple, devant vous un sage stoïcien ; car c'est la secte contre laquelle se sont le plus enflammés les académiciens. Voilà donc Zénon ou Chrysippe. Mais Epicure ou quelqu'autre adversaire des stoïciens le contredira et soutiendra que le sage est plutôt son ingénieux amateur de plaisirs. De là une querelle : Zénon crie, et avec lui toute la secte du Portique en émoi, que l'homme n'est au monde que pour pratiquer la vertu, qu'elle attire à elle les esprits par son seul éclat, sans l'appât d'avantages extérieurs ni de récompenses séductrices; que cette volupté d'Epicure n'est commune que parmi les animaux, et que c'est un crime de pousser l'homme et surtout le sage à la partager avec eux. L'autre, appelant à son aide du fond de ses jardins une troupe d'hommes ivres, qui se prétendent libres, et qui, dans la fureur où les a mis le vin, cherchent quelqu'un à déchirer de leurs ongles incultes et de leurs dents farouches, entasse, en présence de tout ce peuple, les mots de volupté, de délices et de repos, et soutient vivement que hors de là il ne saurait y avoir de bonheur. Qu'au milieu de leur dispute survienne un académicien, chacun le tirera à soi ; s'il passe de l'un ou de l'autre côté, ceux qu'il abandonnera crieront au fou, à l'ignorant, à l'insensé. Aussi, après avoir prêté une oreille attentive aux deux partis, quand on lui deman-

Digitized by Google

dera ce qu'il lui en semble, il dira qu'il est dans le doute. Informez-vous maintenant auprès du stoïcien quel est le plus sage, d'Epicure, qui lui crie qu'il extravague, ou de l'académicien, qui veut encore se consulter dans un débat si important : personne n'en doute, il préférera l'académicien. Tournez-vous ensuite vers Epicure et demandez-lui lequel il aime mieux, de Zénon, qui l'appelle une brute, ou d'Archésilas, qui lui dit : Vous avez peut-être raison, mais je veux m'en assurer avec plus de soin : n'est-il pas évident que, au sens d'Epicure, tous les gens du Portique sont des fous, et, au contraire, les académiciens, des hommes modérés et prudents ? C'est ainsi à peu près que Cicéron parle avec son abondance ordinaire de toutes les sectes, en mettant sous les yeux du lecteur une espèce de scène très-agréable. Je ne prendrai pas parti dans ce débat, et je ne désignerai aucune philosophie ; libre à ceux qui le veulent de croire que Cicéron ne badine pas dans ce passage, et qu'il a sérieusement recherché et réuni des pensées vides et creuses, que l'on n'attendrait pas même de la légèreté des Grecs.

E. Saigey,
Élève du Collége royal de Bourbon.
Institution Dupont.

DEUXIÈME PRIX (NOUVEAUX).

